

P. de Matteis In. *A. Magliar Sc.*

CANTICA XI.

ET SACRA PSALMODIA PRO DEFUNCTIS

Pastoritiis fidibus intertexta.

AUTORE

ANTONIO PALMERIO

SOC. JESU.






NEAPOLI, M.DC.XCIX.

Apud De Bonis Typogr. Archiepiscopalem.

Superiorum Licentia.



DIVINO JESU IN CRUCE PASSO.

EN Tibi, benigniſſime Jeſu, prævia Jeremiæ lamenta, en Davidis tui repetitos planctus, en meas etiam ab Helicone ad Calvarium clivum evocatas Muſas. Cariſſimus Tibi, Paſtori ſuo Supremo, Præſul, qui B. V. Sanctiſſimæ tuæ Genitrici Poeticum ſacrum munus ſuo Nomine offerendum, hanc etiam operulæ partem Tibi dicatam voluit: gratior illa profecto ſacris etiam inſperſa condolentis Antiſtitis fletibus fiet. Præficas num hic Muſæ ſe dedant funebri carmine, an potius plaudentem Chorum exhibeant Redempti Humani Generis Teſtes, addubitant; Tuis Vocibus, qua dolentibus, qua amantiſſimis, nec non & Prophetarum mæſta miſcentes hilaribus conſonabunt. Excipe, Divine Jeſu, dicatum donum gratiſſimi Tibi Præſulis è manibus devolutum; atque, ut huic tam largus ades Virtutum omnium Donator, ſic & Muſas huc adductas, tuum poſt funus, ſi velis adhuc ſuperſtites, edoce ut profanam omnem execrentur Poeſim. Me denique ut noviſſimum aliud Genus, pro tua in immeritum Hominem benignitate, piiſſimæ Matri tuæ adoptandum commenda.

Majeſtatis Tuæ

Redemptus Viliſſimus Servus

Antonius Palmerius Soc. Tuæ.



SANCTISSIMÆ VIRGINI
DEI GENITRICI
MARIÆ.

A' Divina Trinitate
Quæ, res inter creatas ex integro,
Es Dignitate, & merito Prima,
Tibi
Quartum hoc carmen debeo.
Tres, ajunt, Paſtorales tibias
Bethlemitico in antro
Aure benigna exceperas,
Humaniſſima Virgo:
En quartam ſperantem ſibi
Sortem non diſparem.
Canticũ tuum, quod humilis Ancillæ dicebas
Recantavi primò vilis Paſtor,
Mox Regum, & Prophetarum alia novem,
Duorum denique Præſulum
Tibi gratiſſimum Hymnum:
Hi omnes etiam benignè audient,
Quibus ſcilicet ruſticum melos
Non dedignata

Regio

Regio præis exemplo.
Quod unum valeo in tui
Æternum singulare præconium,
Salutationem recanto Angelicam.

1

A V E   M A R I A.

Aliger excelso quod nunciat ore, Maria,
Infima nos pariter Turba canemus: Ave.

2

Gratia plena. (Mentes,
Parcus in humanas qui stillat ab Æthere
O' Tibi quam pleno defluit amne, Favor!

3

Dominus tecum. (tem
Te canis Ancillam, Domino nos Jura loquen-
Dicimus; ut Tecum est, nullibi Numē erit.

4

Benedicta Tu in mulieribus, & benedictus fructus Ventris tui Iesus.
Virgineo miranda Parens Tu Diva Pudore
Sola nites: nulli par Genus Æthra dedit.

5

Sancta Maria Mater Dei ora pro nobis peccatoribus.
Magna Virago fave, Judex Tibi paret Jesus;
Dogmate si renuas, sis, prece, fausta reis.

6

Nunc Et in hora mortis nostræ.
Fausta Reis Patrona fave; dum texitur Æuū;
Et mage, cum Fatum funebre fila secat.

Canticis subiicio tuis Defunctorum

Animos flammis correptos
Purgantibus,
Iis, spero equidē, non mediocriter leniēdos;
Nam & Davidis tui etiam concentus
Mali Dæmonis impetus
Sauli temperabant;
Spero inquam;
Præsertim, si Canonicæ subsequenti
Psalmodiæ ad eosdem levandos
Institutæ,
Suavissima præire velis
Præcentrix.

Antonius Palmerius Soc. tui Jesu.

ILLUSTRISSIMO,

ET REVERENDISSIMO PRÆSULI

DOMINICO ANTONIO

BERNARDINI

EPISCOPO MILETANO.

EN expletos, Illustrissime Domine, quos feceras nutus: Tuæne tam submissæ modestiæ, an grandi potius in B. V. M. pietati tribuam, quod operulam hanc Tibi inscribendam, illi tuo Nomine dicatam volueris? nimirum qui te ipsum Deiparæ totum dederas in obsequium, & tua etiam superaddenda sano consilio præmonebas; Divinæ Psaltriæ Canticum suum repetendum, ut suo Fonti hydraulicæ hæ fides remurmurarent, quin Psalmodiam pro Defunctis in Regales Virginis aures, & manus traducendam significabas; ut precibus illis favo-

rem

rem adderet ſuum; quo ſcilicet Oviculas è tuo grege purgatoriis in ignibus flebiliter balantes ad Superum Ovile, Optime Paſtor, præmaturè, vel è longinguo, deduceres. Aliam etiam operulam, annexam, Illuſtriſſime, & Reverendiſſime Domine, vides tuis ex præſcriptis in Piiſſimū Redemptorem noſtrum Cruci affixum devolutam: nimis altius illa Cordi tuo, quam Pectori hæret; ut mirum non ſit, ſi tanto ſtudio commiſſos curæ tuæ Animos tàm alacriter, tàm utiliter ad Chriſti Ieſu ſequenda Vexilla deducas; quos ſcilitet tum prævio hoc Signo, tum exempli efficacia, tum denique Voce è penitis Viſceribus seriò erumpente vigil invitas, & impellis feliciter: Michi pronide gratulor ſortē meā, qui ſudores hos litterarios qualeſcunque Divino cruore tuis Manibus inſpergendos, adeoque Numini gratiores noſtro, juſſeras evulgari.

Illuſtriſſimæ, & Reverendiſſimæ
Dominationis Tuæ

Humilis Servus
Antonius Palmerius Soc. Ieſu.

DAvidicam nuper Tibi dederam, nunc aliam Prophetarum Psalmodiam Poeticis fidibus intertextam trado; religiosas affectiones, si non ingeret carmen hoc, indicabit certe proximum illarum fontem: subnectitur Canticis sacra Psalmodia pro Defunctis, quibus scilicet opportunum levamen cantiones hæ adducent, præcipue quæ B. V. & piissimæ Matris, tum eorum Patronæ ad numeros alios aptatæ, ac Propheticæ Lacrymæ in funere Dei Hominis, Poeticis Næniis temperatæ. videtur Poetis jam præscripta facultas, ut nimirum nunquam Personam omnino deponant suam, & familiaria sibi vocabula execrentur; proinde & Parcas Vitæ Textrices, & Sysiphos, & Solis Equos, & obliviosum Lethen, Ditem, & similia alio sensu interpretanda miti animo, quod feceras alibi, permitte, & Vale.

EMINENTISSIMO SIGNORE.

Giuseppe de Bonis supplicando espone à V. Em. come disidera stampare un' Opera, il cui Titolo è: Cantica decem, cum Psalmodia pro Defunctis Poeticè recantata: Propheticæ. Lacrymæ in Funere Dei-Hominis Poeticis næniis temperatæ: Preces variæ Canonicæ, & approbatæ ad usum Fidelium, Poeticis numeris involutæ: Autore il P. Antonio Palmieri della Compagnia di Giesù. Supplica perciò V. Em. cometterne la revisione è l'haverà à grazia, ut Deus.

Rev. Dom. D. Agnellus-Alexius de Blasio videat, & in scriptis referat. die 16. Octobris 1698

JO: ANDREAS SILIQVINUS V. G.

D. Januarius de Auria Canonicus Deputatus.

EMINENTISSIME DOMINE.

Vt jussit E.V. recensui librum, cui titulus, *Cantica decem, cum Psalmodia pro Defunctis, poeticè recantata: Propheticæ Lacrymæ in Funere Dei-Hominis Poeticis næniis temperatæ: Preces variæ Canonicæ, & approbatæ ad usum Fidelium, Poeticis numeris involutæ*: *Autore P. Antonio Palmerio è Societate Iesu*: (& quomodo mihi persuadeo, Opus quidem dignum est Autore, & Musis. Qua artis, qua ingenii, nimium quantum scatet luminibus: utque materiæ consentaneum, majestatem quandam linguæ continet, & sanctitatem. Pietas, quæ Musa melior, Vati inspirasse videtur, Spiritusque Numen, quod œstrum sanctius, mentem concitasse haud equidem inficiandum. Ergo literatoria incude procudi poterit, judicio meo: dummodo E.V. sententia ratum fiet.

ſiet. Dat. Neap. die 28. Octobris 1698.

E. V. *Humillimus, ac Devinctiſſimus famulus*

Agnellus-Alexius de Blaſio.

Attenta ſuproſcripta relatione Reverendi Domini Reviſoris, quod poteſt imprimi,

Imprimatur die 24. Auguſti 1699.

JO: ANDREAS SILIQVINUS V. G.

D. Januarius de Auria Canonicus Deputatus.

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

Giuſeppe de Bonis ſupplicando eſpone à V. Ecc. come diſidera ſtampare un opera, il cui Titolo è: Cantica decem, cum Pſalmodia pro Defunctis Poeticè recantata, Propheticæ Lacrymæ in Funere Dei Hominis Poeticis næniis temperatæ, Preces variæ Canonicæ, & approbatæ ad uſum Fidelium, Poeticis numeris involutæ: Autore il P. Antonio Palmieri della Compagnia di Gieſù. Supplica perciò V. Ecc. per le ſolite licenze è l'haverà à gratia, ut Deus.

R.P.Io: Marciano videat, & in ſcriptis referat.

ANDREAS R. ANDREASSI R. GVERRERO R. MERCADO R. Maſtellonus.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

Muſas pietati pediſſequas reddidit, devotionemque Poeſi mirificè ſociavit Admodum R. P. Antonius Palmerius Societatis Jeſu, in Pſalterio Davidico ab ipſo nuper latine recantato; in hoc autem libello ejus latina fiſtula varios alternis modulata ſonos pari felicitate, ac facilitate, nunc læta exultationis Cantica, mox triſtem pro Defunctis Pſalmodiã recãtat; adcũtur Propheticæ Lacrymæ in Funere Dei Hominis Poe-

tici

ticis næniis temperatæ, & Preces variæ Canonicæ, & approbatæ ad usum Fidelium, Poeticis numeris involutæ: meritò igitur palmã quam felici omine auctor suo in cognomine refert, est adeptus. Dignissimum itaque hoc opus censeo, ut typis mandetur, si ita Exc. Tuæ videbitur, cum nihil contra Regiam Jurisdictionem contineat. Neapoli in Ædibus Oratorii die 12. Novembris 1698.

Exc. Tuæ

Humillimus, ac addictissimus servus
Joannes Marcianus Congregationis Oratorii.

Imprimatur, verùm in publicatione servetur Regia Pragmatica.

GASCON R. ANDREAS R. ANDREASSI R.
GUERRERO R. MERCADO R.

Mastellonus.

Andreas de Mari Præpositus Provincialis Societatis Iesu in Regno Neapolitano.

CUm libellum, cui Tituli Vndecim Cantica, & Psalmodia pro Defunctis Poeticis fidibus intertexta, Canonicis similiter precibus additis, annexo insuper alio libello, cui Titulus: Propheticæ Lacrymæ in funere Dei Hominis, Poeticis Næniis temperatæ, à Patre Antonio Palmerio nostræ Societatis Sacerdote compositum, aliquot ejusdem Societatis Sacerdotes, quibus Commissum fuit, recognoverint, & in lucem edi posse probaverint; facultate nobis à Patre Nostro Thyrso Gonzalez Generali communicata concedimus, ut typis mandetur; si ita iis, ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, & Sigillo Societatis nostræ munitas dedimus. Neapoli die 6. Augusti 1699. *Andreas de Mari.*



CANTICUM B. M. V.

1

Magnificat Anima mea Dominum. (rētis,
Mens mea,Mens humilis,Mēs fortunata Pa-
Grāde fovent Numē viſcera,Grāde canas.

2

Et exultavit Spiritus meus in
Deo ſalutari meo.
Prævius in ſterili ſubſultat Ventre , Puellus
Virgineā Matrē quam mage læta decent!

3

Quia reſpexit humilitatem Ancillæ ſuæ;
ecce enim ex hoc Beatam me dicent
omnes Generationes. (pus !
O'quantum vilē hanc Animā ditavit Olym-
Fælicem dicent ſæcula cuncta Nurum.

4

Quia fecit mihi magna qui potens eſt;
& Sanctum Nomen ejus.
Dona Pater non ulla unquā tribuēda Puellæ
Detulit: Ille ſuum dat Genus eſſe meum.

5

Et misericordia ejus à progenie in progenies timentibus eum.

Cũ Proavis narrate Patres, narrate Nepotes,
Quot Deus effudit, quem timuistis, Opes.

6

Fecit potentiam in bracbio suo, dispersit superbos mente cordis sui.

Aligerum mala Turba Duci jurata superbo
Deiicitur; Stygiis prima cremanda foris.

7

Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles.

It præceps, Boream sibi qui substernere sedē
Audebat demens; Infimus Alta petet.

8

Esurientes implevit bonis, & divites dimisit inanes. (Amicos;

Quos inopes depressit Humus, levat Axis
Esurie satura, Dives inanis erat.

9. 10

Suscepit Israel Puerum suum, recordatus misericordiæ suæ.

Sicut loquutus est ad Patres nostros Abraham, & semini ejus in secula.

En Tutor Jacob Puero Puer alter: Jesus
En meus advenit, dicta probare memor.

CANTICUM ZACHARIÆ.

1

Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ.

Prima Senex mutus cantabo silentia Verbi?
Quæ redimunt plebem dona, Puelle, taces?

Et

2

Et erexit cornu salutis nobis in domo David pueri sui.

Jessæus dejecta Puer jam Regna reponit:
Robore quis toto tolleret illa Gigas?

3

Sicut loquutus est per os Sanctorum, qui à seculo sunt Prophetarum ejus.

Concinuisse olim sic traduce voce Prophetas
Audieras, Juda, posthume; plaude memor.

4

Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium, qui oderunt nos.

En promissa dies venit latura salutem:
Erige Te: Noctes, & simul Arma cadunt.

5. 6. 7. 8.

Ad faciendam misericordiam cum Patribus nostris, & memorari testamenti sui Sancti.

Jus jurandum, quod juravit ad Abraham Patrem nostrum daturum se nobis.

Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati serviamus illi.

In sanctitate, & justitia coram ipso omnibus diebus nostris.

Nachorides Genitor tam læta oracula discit;
Eja, Timor fugiat; stent data Jura, Nepos.

9

Et tu Puer Propheta Altissimi vocaberis; præibis enim ante faciem Domini parare vias eius.

Subsilias in ventre, Puer; miranda Prophete
Facta canes: Solem, Phosphore, luce præi.

10

Ad dandam salutem plebi ejus in remissionem peccatorum eorum.

En Cæcis lux sana nitet: quã limpidus atras
Eluerit sordes, Dite fremente, latex!

11

Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitavit nos Oriens ex alto.

Suspiratus, Avis en Sol; non surgit Eous;
Sed magis elato mittitur ille Sinu.

12

Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes in viam pacis.

Claustra aperit tenebrosa Jubar; gaudete Parentes:
Qua tandem ad Superos ibimus, ecce viã.

CANTICUM SIMEONIS.

1.

Nunc dimittis Seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace.

Ut quid adhuc spirare juvat? nunc halitus hic, nunc,
Nunc eat: optatus jam venit ille Dies.

2.

Quia viderunt oculi mei salutare tuum.

Suspirate Puer tandem donaris ad Aram;
Tandem oculos Judæ, Sol tener orte, beas.

3. 4.

Quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad revelationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.

En Patria de Mente Nitor diffunditur Orbi,
Quam minus erecto vertice fulget Eos!

CANTICUM TRIUM PUERORUM UT CANITUR AB ECCLESIA CATHOLICA.

1

Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate, & superexaltate eum in secula. (mæ:
Tres Pueros audi: crepitus compescite Flā-
Ad Domini laudes Vox sonat una Trium.
Si sapit, Artificem cantu colat Orbis honoro:
Quis neget Autori debita Vota suo?

2

Benedicite Angeli, Domini Domino
Benedicite Cœli Domino.
Aligeri, vos prima decent præconia: Cœlum,
Si numerum servas mobile, funde melos.

3

Benedicite Aquæ omnes quæ super Cœlos
sunt Domino; benedicite omnes Virtutes Domini Domino. (men
Cœlestes Fluvii, vos organa hydraulica Nu-
Dicite; seu firmet, seu rotet Axis aquas.

4

Benedicite Sol, & Luna Domino; benedicite Stellæ Cœli Domino.
Sol, urge Pyroenta, tuos age Luna jugales;
Stella rotas; Psaltes advocat iste Chorus.

5

Benedicite omnis Imber, & Ros Domino; benedicite omnis Spiritus Dei Domino.
Lene decet resonare Imber, dediſce procellas:
Ros, si lene fluis, Tu quoque lene sona.

6

Benedicite Ignis, & Æstus Domino; benedicite Frigus, & Æstus Domino.

Ignis Amice, decet nostras sociare Choreas.
Flavo Æstas, cano pectine cantet Hyems.

7

Benedicite Rores, & Pruina Domino; benedicite Gelu, & Frigus Domino.

Quæ clausit Boreas, plausus Sacer Ora reclu-(dat,
Frigus iners, Glacies muta, Pruina, Gelu.

8

Benedicite Glacies, & Nives Domino, benedicite Noctes, & Dies Domino.

Coge Nives, Ignis, superaddere labile carmē;
Nox luci par sit Psaltria, neutra sequax.

9

Benedicite Lux, & Tenebræ Domino; benedicite Fulgura, & Nubes Domino.

Alba dies, Nox nigra, manus sociate propin-(quas;
Jungite tum Choreas, Nube sonāte, novas.

10

Benedicat Terra Dominum; laudet, & superexaltet eum in secula.

Terra, quot Antra cavas, aperis quot & ora (Caminis;
Cantibus his totidē faucibus adde melos.

11

Benedicite Montes, & Colles Domino; benedicite universa germinantia in Terra Domino.

Eja Sion, Montes socios ad plectra vocato;
Sint Juga vocali Germine cincta latus.

12

Benedicite Fontes Domino; benedicite Maria, & Flumina Domino. (Undis;
Æquora vasta sinus plaudant salientibus
Ad Mare si currunt Flumina, cantus eat.

13

Benedicite Cete, & omnia aquæ moventur in aquis Domino; benedicite omnes Volucres Cœli Domino.
Squamosus minor Ordo, silentia rũpite Cete.
Quæ mutos doceas, garrula Turba, præi.

14

Benedicite omnes Bestiæ, & Pecora Domino; benedicite Filii hominum Domino. (unũ;
Sæpe Timor Pecudes, Carmen nunc cogit in
An taceat segnis, Quem canit Agna, Puer?

15

Benedicat Israel Domino; laudet, & superexaltet eum in secula.
Isacidæ Fratres, agnata Propago, canentum
Esto chorus; saliet cantibus omne Pecus.

16

Benedicite Sacerdotes Domini Domino; benedicite Servi Domini Domino.
Sit pudor à Pueris dicẽda haurire, Sacerdos;
Quin magis Impubem ritè docere tuũ est.

17

Benedicite Spiritus, & Animæ Justorum Domino; benedicite Sancti, & humiles corde Domino. (rantur,
Nigra Patres, stabilita, diu quos claustra mo-
Spes bona si firmat, Tympana sacra ciant.

18

Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino; laudate, & superexaltate eum in secula. (addet ?
Qui calidus, Nos quantus, Amor tot cantibus
Quæ Capiti es lenis Flãma, Cor ure Triũ.

19

Benedicamus Patrem, & Filium cum S. Spiritu; laudemus, & superexaltemus eum in secula. (Trinum;
Tres sumus; ergo Unum dicamus carmine
Alta Trium TRINUM Vox canat Una Deũ.

20

Benedictus es Domine in Firmamento Cœli; laudabilis, & gloriosus, superexaltatus in secula.
Grãdia det Domino immotũ præconia Cœlũ;
Concinat æterno pectine longa Quies.

CANTICUM GEMINUM D. AMBROSII, ET D. AUGUSTINI.

1

Te Deum laudamus, Te Dominum confitemur.
Eja sacrũ, dilecte Afer, mecũ accine carmen;
Sic decet: alternis vocibus Hymnus erit.
Cui plaudam? Cui vota sonẽt? abstitite Reges;
Te Dominum lituus, Te canat iste, Deum.

2

Te æternum Patrem omnis Terra veneratur.
Die Pater, quẽ nulla prior generavit Origo,
Quã meritò Patrẽ Te colit omne Genus!

Tibi

3. 4. 5.

Tibi omnes Angeli, Tibi Cœli, & universæ Potestates.
Tibi Cherubin, & Seraphin incessabili voce proclamant.
Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.

Aligerū celebres his vocibus, Ordo, Tonantē,
Unus eris concors, Infime, Summe, chorus.
Sanctus eras, es Sāctus, eris per secula Sāctus;
Dux, & Bellipotens Agmina lecta præis.

6

Pleni sunt Cœli, & Terra Majestatis gloriæ tuæ.

Tellurē replet, replet Æthera lumine Phæ- (bus;
Quam magis Æternum ditat utrumque (Jubar!

7. 8.

Te gloriosus Apostolorum Chorus.
Te Prophetarum laudabilis numerus.

Bis senæ, selectæ Animæ, Tibi carmina dicūt;
Ergo tuos etiam junge, Prophæta modos.

9

Te Martyrum candidatus laudat Exercitus.

Arma canora ciat, quæ rite Tyrannica vicit,
Contestata Deum Candida, Rubra Cohors.

10

Te per Orbem Terrarum sancta confitetur Ecclesia.

Agglomerat, laudes Cætus tua signa sequen- (do
O Genus omne comes, duceret illa Cohors.

11

Patrem Immensæ Majestatis.

Quæ Tibi Majestas, Pater Alme, Potētia quæ (par?
Quis parili valeat Te celebrare Tuba?

12

Venerandum tuum verum, &
Unicum Filium.

Innati Solis mirabile Lumen, & Unum
Dicimus; eſt illud noſter Jesus amor.

13

Sanctum quoque Paraclitum Spiritum.

Cantetur Gemini cui mutuus afflat Amantis
Spiritus: ò Vivax Vivido ab Igne Rogus!

14. 15.

Tu Rex Gloriæ Chriſte.
Tu Patris ſempiternus es Filius. (rennis,

Qui Patris Ingeniti Genus es, Deus atque pe-
Non electe, parem, Rex preme nate, Thro-

16 (num.

Tu ad liberandum ſuſcepturus hominem non
horruiſti Virginis Uterum. (demptis,

Mirus Amor! reſeres ut ferrea clauſtra Re-
Virgineos pateris vinctus inire Sinus.

17

Tu devicto mortis aculeo aperuiſti cre-
dentibus Regna Cœlorum. (Æthram;

Falce ſua, quaſi vecte, Homini Mors clauſerat
Falx, ſimul & vectis rumpitur: Æthra

18 (patet.

Tu ad dexteram Dei ſedes in Gloria Patris.

Excelſum Tibi ſtat Solium, Patrique ſedenti
Dexter es; Aſſimiles Unica Vita beat.

19

Judex crederis eſſe venturus. (nal:

Cæca, oculata Fides horrendū cerne Tribu-
Hoc Tibi nulla tegunt Nubila: cerne Fides.

Te

20

Te ergo quæsumus tuis famulis subveni, quos pretioso Sanguine redemisti.

Prævenit examen scelerum rea Turba: Re- (demptor
Ne cogat Vindex ad nova damna Cruor.

21. 22.

Æterna fac cũ Sãctis tuis in gloria numerari.
Saluum fac Populum tuum, & benedic hæreditati tuæ.

Cœlitibus superadde tuæ necis Imbre ma- (dentes;
Ille det æternum vivere posse Liquor.

23

Et rege eos, & extolle illos usque in æternum.

Quis melior Te Rege regat? rege Dive quod (errat.
Humanum attollas labile ad ima Caput.

24. 25.

Per singulos dies benedicimus Te.
Et Laudamus Nomen tuum in seculum, & in seculum seculi.

Mille canãt Te lustra, canãt Te secula mille
Pauca voco timido carmine: cũcta canãt.

26

Dignare Domine die isto sine peccato nos custodire.

Gentibus ista Dies innubis, & aurea surgit;
Si facias nullam Cor maculare luem.

27. 28. 29.

Miserere nostri Domine, miserere nostri.
Fiat misericordia tua Domine super nos, quemadmodum speravimus in Te.
In Te Domine speravi, non confundar in æternum.

Spes mea Tu Jesu, spes Unica, dulcis Jesu;
Nõ dabis hæc Stygiis Corda cremãda focis.

CANTICUM ISAIÆ.

1

Confitebor Tibi Domine, quoniam iratus es mihi; conversus est Furor tuus, & consolatus es me.

Da Vati,bone Dive,melos:brevis Ira Jacenti
Nubilat: optata luce fit alba Dies.

2

Ecce Deus Salvator meus; fiducialiter agam,& non timebo.

O' nova quæ veniunt Soteria viribus ægris!
Quid non sperandū? quove timore tremā?

3

Quia fortitudo mea, & laus mea Dominus Deus; & factus est mihi in salutem. (jo;
Robur adest;nec quale Duci dat Fabula Gra-
A Capite, ad Calces fortior Unda linit.

4

Haurietis aquas in gaudio de Fontibus Salvatoris.

Sunt Jordanis aquæ, tibi sunt labentia saxa.
Flumina sed Christi dat meliora latus.

5. 6.

Et dicetis in illa die:confitemini Domino, & invocate Nomen ejus: notas facite in populis adinventiones ejus. Mementote,quoniam Excelsum est Nomen ejus.

Audin? ad laudes,ad Carmina mira vocaris;
Et Pius, & Judex quis, nisi Numen, erit?

7. 8.

Cantate Domino, quoniam magnificè fecit; annunciate hæc in universa Terra.
Exulta, & lauda habitatio Sion; quia Magnus in medio tui Sanctus Israel. (oras;
Plaude Sion: omnes concentus hic excitet
Ad tua devenit Maximus antra Puer.

CANTICUM EZECHIÆ.

Cum desperaverat valetudinem suam.

1

Ego dixi in dimidio dierum meorum; vadam ad portas inferi. (Regem;
Regna valete: vocat monumentum funebre
Lustra mihi Fatum dividit: Aula vale.

2

Quæsivi residuum annorum meorum: dixi non videbo Deum in Terra Viventium.
Clepsydra Vitales dejecit labilis horas
Posthumus, ah! veniet, quem vocat Ara,

3 (Puer.

Non aspiciam hominem ultra, & habitatorem quietis.
Nō plaudā tecum Assyrio, Plebs, eruta ferro;
Forte meus saliet, Te redeunte, Cinis.

4

Generatio mea ablata est, & convoluta est à me, quasi tabernaculum Pastorum.
Dura mihi ætatem deturbant Fata Virilem;
Pastor ita evoluit, si riget Æthra, lares.

Præ-

5

Præcisa est velut à texente Vita mea, dum adhuc ordirer, succidit me: de mane usque ad vesperam finies me.

Abrupit Lachesis, quæ Regia lustra trahebã.
Stamina sic Textrix, hoste ruente, secat.

6

Sperabam usque ad mane: quasi leo, sic contrivit omnia ossa mea.

SpesMatutinas, Spes vana spopõderat horas;
Ut lea dira pecus, febris, & ossa, terit.

7

De mane usque ad vesperam finies me: sicut pullus hirundinis, sic clamabo; meditabor, ut columba.

Emorimur, Sol orte, simul; tecũ ipse Colũba,
Ingeminem tecum, trutis Hirundo, sonos.

8

Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum.

Sunt hebetes oculorum acies; lux nigrat, ut (umbra;
Deficit obtutus; quin mihi, & Astra negat.

9

Domine vim patior, responde pro me: quid dicam, aut quod respondebo illi, cum ipse fecerit?

En Morbus, velùt Actor agit; Deus esto Pa- (tronus
Mentior: opponit Vox magis Alta dicam.

10

Recogitabo Tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.

Me vocat Aula reum: Dolor intime suscipe (causam;
Quã validus lacrymæ voce Patronus eris!

11

Domine si sic vivitur, & in talibus Vita spiritus mei, corripies me, & vivificabis me. (guttur,
Juste Deus,mala quæ vomuit mihi flamina,
Pectoris esse jubes Ultima: Juste Deus.

11

Ecce in pace amaritudo mea amarissima.
Pocula grata dabat Soliũ,viridisque Juvẽtus;
Heu quãtus dulces turbat Amaror aquas!

12

Tu autem eruisti animam meam, ut non periret; (bra;
Lætor io: Mortis properata revolvitur Um-
O bona nunc,alios quæ notat Umbra,dies!

12

Projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.
Nimirũ,Tu Christe Deus;male-facta luebas;
Tu, pro Justitiæ Juribus, obses oras.

13

Quia non Infernus confitebitur Tibi, neque Mors laudabit Te:non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam. (uñdas?
Num Tibi concinerem Stygias demersus in
Spem,simul & laudes obruit ille lacus.

14

Vivens vivens ipse confitebitur Tibi, sicut & ego hodie: Pater filiis notam faciet ueritatem tuam. (canorum:
Hic Chorus, hic plausum repetet mea Vita
Quam Deus est Verax,à Patre disce,Puer.

Do-

15

Domine salvum me fac; & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus Vitæ nostræ in domo Domini. (horas;

Quot decumbenti dabis annos, quotquot &
Sunt totidẽ meritis plectra agitanda tuis.

CANTICUM ANNÆ.

1

Exultavit cor meum in Domino, & exultatum est cornu meum in Deo meo. (des,

Probra tace, Phenẽna; Nurus nũc altera lau-
Fæcundata, suo Numine dante, canit.

2

Dilatatum est os meum super inimicos meos; quia lætata sum in salutari tuo.

Hostibus invitis ad gaudia subsiliit Cor:
Nõ pigro ad laudes gutture lingua micat.

3

Non est Sanctus, ut est Dominus; neque enim est alius extra Te; & non est fortis, sicut Deus noster. (Ævo

Cui Bonitas magis æqua viget? cui firmius
Robur inest? dotes cui dedit Æthra pares?

4

Nolite multiplicare loqui sublimea gloriantes.

O' pudor! ò tumidæ probrosa insania Mẽtis!
O' nimium elatis ora superba notis!

5

Recedant vetera de ore vestro: quia Deus scientiarum Dominus est; & ipsi præparantur cogitationes.

Insipiẽs, sapito: Deus omnia prospicit; & vix
Dicere quæ tibi Mens incipit, Aure tenet.

Arcus

6.

Arcus fortium superatus est; & infirmi accincti sunt robore.

Dissiliit, qui tela ferox vibraverat Arcus;
Invalida ad sobolem, spreta Virago parit.

7.

Repleti prius, pro panibus se locaverunt; & famelici saturati sunt.

Ingluviem imperiosa Fames servire coegit;
It Pauper plena, credite, corbe satur.

8.

Donec sterilis peperit plurimos; & quæ multos habebat filios, infirmata est.

En sterilem, despectã ambit numerosa Pro- (pago;
Debilis indoluit Pignora adempta Nurus.

9

Dominus mortificat, & vivificat; deducit ad inferos, & reducit.

Provida, quem pressit Divina Potentia tollit;
Jamque abeuntem Animam stare, redire (jubet.

10. 11. 12.

Dominus Pauperem facit, & ditat; humiliat, & sublevat. Suscitat de pulvere egenum, & de stercore elevat pauperem; Ut sedeat cum Principibus, & Solium Gloriæ teneat.

Qua libet hæc voluit, rursumque revoluit (Olympus;
It Thronus in Caulam; Caula fit ima (Thronus.

13

Domini enim sunt cardines Terræ, & posuit super eos orbem.

Hanc Deus immoto firmavit cardine Terrã;
Quasque plagas opifex circinat, ire vetat.

Pedes

14.

Pedes Sanctorum suorum servabit, & Impii in tenebris coticescent; quia non in fortitudine sua roborabitur Vir.

Pergite deducti Insōtes; heu Turba tenebris
Implicita! hos laqueos Vis sua nulla secat.

15

Dominum formidabunt adversarii ejus; & super ipsos in Cœlis tonabit. (Nubes,
Heu miseri! heu terror! quatient cũ fulmina
Nec tutam Fulgur præmonet ire viam.

16

Dominus judicabit fines Terræ, & dabit imperium Regi suo; & sublimabit cornu Christi sui. (dus
Quisquis es, Ætherea pendebis lance probã-
E solio Jesus Jura verenda dabit.

CANTICUM HABAGUC.

I

Domine audivi auditionem tuam, & timui.

Isacidas Babilon, Cyrus Babilona revincxit:
O Deus! hæc timuit lora iteranda Sion.

2. 3.

Domine opus tuum: in medio annorum vivifica illud.

Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis.

Serviles decurta annos, bone Dive catenis:
Est grave, septenis addere lustra decem.

4

Deus ab Austro veniet, & Sanctus de Monte Pharan. (num:
Persa veni Vindex, sævum domiture Tyran-
Nostra rogant etiam Vincula; Persa veni.

Ope-

5

Operuit Cœlos gloria ejus, & laudis ejus plena est Terra.

Sic Moses, Te dante, jugum subduxit herile;
Plauserat hinc, festa lãpade, Sina memor.

6

Splendor ejus, ut lux erit: cornua in manibus ejus.

Illius è Vultu geminatæ cuspidis instar
Fax nituit: tulerant Saxea Jura Manus.

7

Ibi abscondita est fortitudo ejus; ante faciem ejus ibit Mors.

Roboris ò quantũ latuit sub fronte corusca!
Pro Juda Pestis prævia Miles erat.

8

Egredietur Diabolus ante pedes ejus; stetit, & mensus est Terram. (nanæos:
Excitat illam Aciem malus Aliger in Ca-
Mox secat in Populos Restis Amica Solũ.

9

Aspexit, & dissolvit Gentes, & contriti sunt Montes seculi.

Disycit hostiles Turmas, quæ ducitur, Arca:
Hujus ad intuitum non stetit altus Apex.

10

Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ; turbabuntur pelles Terræ Madian.

Æthiopum, Solymæa Cohors, tentoria velle;
Absumat Vindex impia Castra Rogus.

11

Numquid in fluminibus iratus es Domine?
aut in fluminibus furor tuus? vel in
mari indignatio tua? (nantem;
Si Mare Virga ſecat; non concitat Ira To-
Ad mira hæc Pietas impulit, urget Amor.

12

Qui aſcendes ſuper equos tuos, &
quadrigæ tuæ ſalvatio.
Solis equos deferre Diem Mendacia fingunt:
At tua dat vere Biga ſalubre Jubar.

13

Suſcitans ſuſcitabis Arcum tuum; jura-
menta Tribubus, quæ loqutus es. (tram?
Abdita num longam patientur Tela phare-
Pacta Fides Populis, erue, certa vibra.

14

Fluvios ſcindes Terra: viderunt Te, & dolue-
runt Montes; gurges aquarum tranſiit.
Si dederat Jordanis iter, ſtetit amne coacto;
Ne fluat in præceps Mons, velut *Unda*,

15 (timet.

Dedit Abyſſus vocem ſuam: altitudo
manus ſuas levavit. (Hermon:
Pro manibus ſupplex Domino caput extulit
Pro prece vocales addit Abyſſus aquas.

16

Sol, & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo,
Siſtite Solis Equi; compeſcat Luna lugales:
Proxima ne reliquos ſoſpitet *Umbra* Du-
(ces.

In

16

In luce sagittarum tuarum ibunt, in splendore fulgurantis hastæ tuæ. (Jacob!
Quam rectè nocturna moves sacra prælia
Fulmina sunt hosti, quæ tibi tela nitent.
Hasta corusca diē, nitidæque dedere Sagittæ;
Additur & Miles flamma trisulca novus.

17

In fremitu conculcabis Terram; & in furore obstupefacies Gentes.
Atteris elatos, vel Voce fremente, Tyrānos;
Barbara Gens, veluti Fulgure tacta, riget.

18

Egressus es in salutem Populi tui; in salutem cum Christo tuo.
Te Duce, Dux Moses fuerat Fugiētibus olim;
Dux pariter victis, Te Duce, Cyrus erit.

19

Percussisti caput de Domo impii; denudasti fundamentum ejus usque ad collum. (audax;
Concidat Ægypti Dominator iniquus, &
Dissiliat, jaceat Regia tota Domus.

20

Maledixisti sceptris ejus, capiti bellatorum ejus venientibus, ut Turbo, ad dispergendum me. (orcum;
Execrata Domus, ruat, & Dominator ad
In Caput infandū, Turbo, revolue minas.

21

Exultatio eorum, sicut ejus, qui devorat pauperem in abscondito. (Phalanges!
Quam cupidæ in Profugos ruerant per sicca
Fertur ita in pecudes Ursa, Leæna, Tygris.

Viam

22

Viam fecisti in mar. Equis tuis in luto aquarum multarum.

Duratur fidum Populis fugientibus æquor;
Molle rotis etiam noluit esse lutum.

23

Audivi, & conturbatus est venter meus; à voce contremuerunt labia mea. (clades!

Exterus, heu planctus! trux ô Babilonica
Ipsa etiã mihi sunt Barbara damna, dolor.

24. 25.

Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat.

Ut requiescam in die tribulationis, ut ascendam ad Populum accinctum nostrum. (angunt?

Excrucias quid inepte Timor? stabilita quid
Pus vomat os putridũ, & prævius emoriar.
Sic citius nostros dabitur spectare Parentes;
Sic & ad Astra quies illa præibit iter.

26

Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis.

Vastat agros, urit Vites, arbustaque Cyrus:
Heu Babilon! cineres Vinea, Ficus erunt.

27

Mentietur opus olivæ; & arua non afferent cibum.

Assyrius vanam viridi spem credit olivæ:
Non sata, nec fænum vile, Colone, metes.

28

Abscondetur de ovili pecus; & non erit armentum in præsebibus.

O ubi balantes? ubi ab ubere pensilis Agna?
Qui stabulant? carpit quale fruteta Pecus?

29

Ego autem in Domino gaudebo, et exultabo in Deo Jesu meo. (luptas!
Quæ mihi quæ veniet Supero de Fonte vo-
Afferet ò quantas noster Jesus opes!

30

Deus Dominus fortitudo mea, et ponet pedes meos quasi Cervorum. (damna,
Dat robur, dat & Æthra sequacia spernere
Ut solet impariles ludere Cerva Canes.

31

Et super excelsa mea deducet me Victor in psalmis canentem.
Musa vale: Pindi dabitur superare cacumen:
Ipsa canor vincet sidera: Musa vale.

CANTICUM MOSIS.
Post transitum Maris rubri.

I

Cantemus Domino; gloriose enim magnificatus est; Equum, et Ascensorem dejecit in Mare. (Numen:
Cantemus Domino dicant Magnum organa
En Equitē, en fuso gurgite mergit equos.

2

Fortitudo mea, et laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem. (phis:
Spicula, tela, rotas instruxerat impia Mem-
Risimus immunes spicula, tela, rotas.

3

Iste Deus meus, & glorificabo eum; Deus Patris mei, & exaltabo eum.
Invide Dis tremitu quate cōcava saxa rebelli:
Isacidū Numen dum sacra plectra canunt.

Do-

4

Dominus, quasi Vir pugnator; omnipotens Nomen ejus; currus Pharaonis, & exercitum ejus projecit in mare. (armis;
Bella parat, nova bella Unus, quasi Miles, in
Cui Mare pro pharetra est, cui Vada jacta,
5 (chalybs.

Electi Principes ejus subversi sunt in mari rubro; abyssi operuerunt eos; descenderunt in profundum quasi lapis.
Cum Duce juratas Acies absorbuit unda;
Sic gravis in tumido mergitur Amne la-
6 (pis.

Dextera Dominini magnificata est in fortitudine; Dextera tua Domine percussit Inimicum; & in multitudine gloriæ tuæ deposuisti adversarios tuos. (Vires!
Dextera Quam validas potuit tua prodere
His afflicta ruit, non relevanda, Pharos.

7

Misisti iram tuam, quæ devoravit eos, sicut stipulam; & in spiritu furoris tui congregatæ sunt Aquæ. (ussit;
Fax vorat ut paleas, Turmas Furor igneus
Quæ steterant, Bigis incubuere vada.

8

Stetit unda fluens: congregatæ sunt abyssi in medio Mari. (marmor;
Numinis ad nutum Populo sunt Æquora
Ut male fidentes perdat, Abyssus hiat.

Di-

9

Dixit Inimicus: persequar, & comprehendam; dividam spolia: implebitur anima mea. (tas;
Vana tibi mētita Choros, spolia ampla recā-
Te simul exuvias attrahet unda vorax. (ctus;
Ne mora marmorei juvet arma sequacia flu-
Quod, Mare, sustuleras, redde liquata Silex.

10

Evaginabo gladium meum; interficiet eos manus mea.

In Caput Hebræū frustra distringere ferrum
Sperasti: jugulum jam premit Ira tuum.

11

Flavit Spiritus ejus, & operuit eos mare submersi sunt, quasi plumbum in aquis vehementibus.

Ira calet, durata liquat; merguntur Iniqui,
Sic pila sub pelagus plumbea præcipitat.

12

Quis similis tui in fortibus Domine quis similis tui? magnificus in sanctitate, terribilis, atque laudabilis, & faciens mirabilia.

Omnipotens, Vis nulla pares jactare lacertos
Audet: in Ægyptum damna timēda jacis.

13

Extendit manum suam, & devoravit eos Terra.

Dum digito ultores Terræ recludit hiatus,
Ilicet infandos sorbuit illa Viros.

14

Dux fuisti in misericordia tua
Populo, quem redemisti. (ranno;
Te Duce, jam liber Populus dat terga Ty-
Excutere, & potuit, Te redimente, jugum.

15

Et portasti cum in fortitudine tua ad
habitaculum sanctum tuum. (mebat,
Asper Herus cæno, & vinclis quos usque pre-
Erigis, & reduces ad sua Regna vocas.

16

Ascenderunt Populi, & irati sunt; dolores ob-
tinuerunt habitatores Philistiim.
Hæc audit, simul insanas Gens fertur in iras;
Facta Palestinus novit, & obriguit.

17

Tunc conturbati sunt Principes Edon: robu-
stos obtinuit tremor: obriguerunt
omnes habitatores Chanaan. (sicco,
Niliacos dum lympha vorat, dum, gurgite
Tuta Cohors graditur, Gens Cananæa tre-

18 (mit.

Irruat super eos formido, & pavor in
magnitudine brachii tui.
Impia non steterunt subita formidine crura;
Incutit ipsa etiam Tela inimica pavor.

19

Fiant immobiles, quasi lapis; donec pertranseat
Populus tuus, Domine, donec pertranseat
Populus tuus iste, quem possedisti.
Luditur Ira sequax conata ligare fugaces:
Accrescunt scopuli; fit Mare marmor iners,

20

Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ, firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es Domine.

Electam campis melioribus insere Vitem;
Non cadet Arctoi sideris illa gelu.

21

Sanctuarium tuum Domine, quod firmaverunt Manus tuæ: Dominus regnabit in æternum, & ultra. (cerdos,
Templa, Faber, pones, poterisque sacrare Sa-
Æternũque novus Rex tua Regna reges.

22

Ingressus est enim Eques Pharao cum curribus, & equitibus ejus in mare, & reduxit super eos Dominus aquas maris. (phis.
Erectis fuerat, quæ Gens malè credula lyn-
Deciduũ Pelagus mox necat, & tumulat.

23

Filii autem Israel ambulaverunt per siccum in medio ejus.

Pensile dat tutas fugientibus Æquor arenas;
Dura silex, Mare fit; dein Mare, dura silex.

CANTICUM MOSIS
Jam jam morituri.

1

Audite Cœli quæ loquor, audiat Terra verba oris mei. (excipe voces:
Cœlum audi fugientem Animam; Terra
Postrema, hoc gemino, carmina, Teste, lo-
(quar.

2. 3.

Concrescat ut pluvia doctrina mea;fluat, ut ros eloquium meum.
Quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina.

Fæcundus fluat eloquio concentus,anhelo
Imber ut in segetes, Ros ut in arua cadit.

3. 4.

Quia nomen Domini invocabo: date magnificentiam Deo nostro:
Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ ejus judicia. (disce,

Disce Deum mecumque voca; bene condita
Artificesque simul, Turba,verere Manus.

5

Deus fidelis, & absque ulla iniquitate Justus, & rectus: peccaverunt ei, & non filii ejus in sordibus.

Est Dius sine labe Pater:maculata Propago,
Degeneri fœdum labe fatere Genus.

6. 7.

Generatis prava, & exasperans; hæccine reddis Domino Populè stulte,& insipiens?
Numquid non ipse est Pater tuus,qui possedit te, & fecit, & creavit te?

O Gens detestanda! vices has reddis Amāti?
Numinis hic honor est?his calet Ara focis?

8. 9.

Memento dierum antiquorum: cogita generationes singulas.
Interroga Patrem tuum, & annunciabit tibi; majores tuos, & dicent tibi.

Si rudis es, Juda, doceant antiqua Parentes
Sæcula,& eductum traduce Stirpe Genus.

Quan-

10

Quando dividebat Altissimus Gentes,
quando separabat filios Adam. (verbo,
Concordes Numen quondam dum, dispare
Dissocians Animos, ad rata Regna vocat.

11. 12.

Constituit terminos populorum, juxta
numerum filiorum Israel.
Pars autem Domini Populus ejus; Jacob
funiculus hæreditatis ejus, (oras;
Saxa notant quas quæque Tribus sibi seligat
Quæ modo dissidii, tunc Petra Pacis erat.

13

Invenit eum in Terra deserta, in loco
horroris, & vastæ solitudinis. (vagatur;
Per vepres Populus, per inhospita tesqua
Pinguia prata subit, post ubi sicca gemit.

14

Circumduxit eum, & docuit, & custodi-
vit, quasi pupillam oculi sui. (Nubes,
Flammea cum duxit nemorum per devia
Provida tunc Oculis Mẽs mala dãna cavet.

15. 16.

Sicut Aquila provocans ad volandum pul-
los suos, & super eos volitans.
Expandit alas suas, & assumpsit eum;
atque portavit in humeris suis.
Plebs fertur, non ire putes: sic Regius Ales.
Attollit pullos, sic per inane vehit.

17

Dominus solus Dux ejus fuit, & non
erat cum eo Deus alienus.
Niliaci procul este Dii: Deus Unus Euntem
Dirigit: an rectum signet Iniquus iter?

18

Constituit eum super excelsam Terram, ut comederet fructus agrorum.

Deglubet cæpas, habeat sibi, & allia Mẽphis:
Quam melius Populo germinat altus A-
(ger!

19

Ut sugeret mel de petra, obeumque de saxo durissimo.

Saxosa ò quales stillabat oliva liquores!
Vel silices inter mellificavit Apis.

20

Butirum de armento, & lac de ovibus cum adipe Agnorum, & Arietum filiorum Basan.

Cum Vacca ad mulctram saturæ venere ca-
(pellæ;
Dat Plebi mensas Arietis aptus adeps.

21

Et hircos cum medulla tritici, & sanguinem uvæ biberet meracissimum.

Defuit hircinæ mellita placenta medullæ!
Fluxerat inviso decolor imbre merum!

22. 23.

Incrassatus est dilectus, & recalcitravit; incrassatus, impinguatus, dilatatus. Dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo Salutari suo.

Tot bona quem replent, ad Vota quot Ara
(vocabat?
Si vecors fuerat Bellua, fervet haras.



Provo-

24. 25.

Provocaverunt eum in Diis alienis,
& in abominationibus ad iracundiam concitaverunt.
Immolaverunt Dæmoniis, & non Deo, Diis, quos ignorabant.

Proh ſcelus! ignoto fumant Altaria Diti;
Et Jenem accendit ſordida flamma Deum.

26

Novi recenteſque venerunt, quos non coluerunt Patres eorum.

Impietas fæcunda parit, quaſi Numina, Mõ-(ſtra:
Heu fœtura! nouum prodere Larga Pecus.

27

Deum, qui te genuit, dereliquiſti, & oblitus es Domini Creatoris tui.

Æthra, vide cunctis ſcelus execrabile ſeclis:
Cui Pater eſt Numen, Jura Paterna negat.

28


Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus eſt; quia provocaverunt eum filii ſui, et filiæ.

Cum Pueris infanda vomit male docta Puel-(la;
Et tenero Superas aſperat ungue minas.

29

Et ait: abſcondam faciem meam ab eis: et conſiderabo noviſſima eorum.

Non fuerint Soles, nõ alba Rebellibus Aſtra;
Ultimus adducet triſtia fata dies.



30. 31.

Generatio enim perversa, et infideles filii:
Ipsi me provocaverunt in eo qui
non erat Deus, et irritaverunt
in vanitatibus suis. (rum

Par Patribus Genus insanum simulacra Deo-
Dum colit, heu Numen rursus ad Arma
(vocat!

32

Et ego provocabo eos in eo, qui non est populus,
et in Gente stulta irritabo illos.

Arsacidæ, Syrii, surget Babilonius Ultor:
Qui trivere Fidem, Barbara Jura gemant.

33. 34.

Ignis succensus est in furore meo, et arde-
bit usque ad inferni novissima.
Devorabitque terram cum germine suo, et
montium fundamenta comburet.

Athnæus cum fumat apex, nō territat Ignis;
Terrebit quādo claustra profunda cremat;
Terrebit, cum sicca fibris morientibus Arbor
Poma negat; sterilis cum tenet arva Cinis.

35

Congregabo super eos mala, et sa-
gittas meas complebo in eis.

Agmen ut, acta ruent ultricia dāna; pharetræ
Arcubus effundent spicula quotquot ha-
(bent.

36

Consumentur fame, et devorabunt
eos, Aves morsu amarissimo.

Sit rabies geminata; Fames arrodat Iniquos;
Relliquiis mordax exaturetur Avis.

Dentes

37

Dentes bestiarum immittam super eos, cum furore trahentium super terram, atque serpentium. (belles;

Ursa, Leæna, Tygres, en prandia vestra, Re-
Vestra etiam fuerint, Hydra, Chelydre, (Draco.

38

Foris vastabit eos gladius, & intus pavor; Juvenem simul, ac Virginem, lactentem cum homine Sene.

Occidet infælix certamine Miles aperto;
Occumbent pavidæ Virgo, Senecta, Nurus.

39

Dixi; ubi nam sunt? cessare faciam ex hominibus memoriam eorum. (aer;

Vanescent, velut aura levis, quasi fumidus
Tristia, qui memoret funera, nullus erit.

40. 41.

Sed propter iram inimicorum distuli; ne forte superbirent hostes eorum.

Et dicerent: Manus nostra excelsa, & non Deus fecit hæc omnia.

Elongat Numen rata funera; perfidus Hostis
Ne sibi, ne jactet, quas parat Æthra, neces.

42

Gens absque consilio est, & sine prudentia; utinam saperent; & intelligerent; ac novissima providerent. (pago!

Heu stupidæ Mentes! heu rerum ignara pro-
O Tibi quos sensus visa futura darent!

43. 44.

Quomodo persequatur Unus Mille, & duo fugent decem Millia.
Nonne ideo, quia Deus suus vendidit eos, & Dominus conclusit illos?

Ne plaudant Hostes, si millia terruit Unus;
Ut pecora in Caveis condita, Miles erat.

45

Non enim est Deus noster, ut Dii eorum; et Inimici nostri sunt Judices. (damnant?
Dii Gentis quæ damna fugant? quæ crimina
Dicite, qui colitis Numina vana Syri:

46

De vinea Sodomorum vinea eorum, et de suburbanis Gomorræ. (Vitis,
Degener excrevit primæva ab origine
Danda Gomorræis esca nefanda focis.

47

Vua eorum vua fellis, et botri amarissimi.
Debuit Hyblæos exculta referre liquores;
Fel tamen è ramis pensile, botrus erat.

48

Fel Draconum Vinum eorum, et venenum aspidum insanabile. (num:
Nō pejus lernæa valet vomere, Hydra vene-
Nulla Macaoniis artibus herba juvat.

49

Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis? (Astus?
Crimina tot Judæ mihi quis subduceret
Quæ Noctes? Alta Mente reposta manent.

Mea

50

Mea est ultio, & Ego retribuam in tempore, ut labatur pes eorum. (nas;

Fortis ad Ultrices vigilat mihi Dextera pœ-
Quæ modo stat, certo tempore Noxa ruet.

51

Juxta est dies perditionis; & adesse festinant tempora. (urget;

Lustra serena Dies premit horridus; impiger
Funera non lentis passibus ira trahit.

52

Judicabit Dominus Populum suum, & in servis suis miserebitur. (mendo

Mæsta Sion, flagris plectentibus, Astra ge-
Lenit; & ad pharetrâ spicula torta vocat.

53

Videbit quod infirmata sit manus, & clausi quoque defecerunt, residuique consumpti sunt.

O' ubi formidata Phalanx? ubi robora Judæ?
Relliquiis Populi claustra, nec alta, favent.

54

Et dicet: ubi sunt Dii eorum, in quibus habebant fiduciam? (phetæ:

Vera canent Miseris, sed & irrita vota Pro-
Quos Cœlum oppugnat, nil Stygis arma (juvant.

55

De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum.

Heu Mystæ rabida ingluvies! Altare profanũ
Sacrilegos calices, fercula fæda dabat.

56

Surgant, & opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant.

Dis jacet, & forte indormit; clamoribus urge,
Præsidium exora, perstrepe, tunde Seras.

57

Videte quod ego sim solus, & non sit altus præter me.

O fatuæ Gentes! Deus Unicus omnia versat;
Una Manus ducit funera, & Una fugat.

58

Ego occidam, & ego vivere faciam; percutiam, & ego sanabo; & non est qui de manu mea possit eruere.

Mors, & Vita meis non impigra nutibus ad- (stat?
Quis levet abjectum, quem Vigor iste (premit?

59


Levabo ad Cœlum manum meam; & dicam Vivo ego in æternum.

Juratis, audin? resonant oracula verbis:
Decidet hoc nunquam, quod regit Astra, (Caput.

60. 61.

Si acuero, ut fulgur gladium meum, & arripuerit judicium Manus mea; Reddam ultionem hostibus meis, & his, qui oderunt me, retribuam.

Assimilat fulgur, quē Dextera corripit Ensē;
Ultor hic, & Judex, quæ rata damna, dabit.



Ine-

62. 63.

Inebriabo sagittas meas sanguine; et gladius meus devorabit carnes.

De cruore occiderum, et captivitate nudati Inimicorum capitis. (gittas

Sanguineos bibit hasta lacus, sociasque sa-
Ebria de pharetris ad vada rubra vocat;
Nimirum, satura pariter Tellure, redundant;
Servili à fletu quin magis aucta tument.

64. 65.

Laudate Gentes Populum ejus, quia sanguinem Servorum suorum ulciscetur;

Et vindictam retribuet in hostes eorum; et propitius erit Terræ populi sui. (stis:

Eja, Deũ celebrent cytharæ: mactabitur Ho-
Qui paribus plectit Talio, tela vibrat.

CANTICORUM FINIS.





PSALMODIA PRO DEFUNCTIS.

POETICIS FIDIBUS INTERTEXTA.

VESPERÆ.

Pſalmus 114.

1. 2.

Dilexi, quoniam exaudiet Dominū vocem orationis meæ.
Quia inclinavit aurem ſuam mihi, et in diebus meis invocabo. (lat ignes,
Q_id loquerer, cui flagrat amor? mihi venti-
Munera qui prima Voce rogata, dedit.

3. 4.

Circumdederunt me dolores mortis, et pericula inferni invenerunt me.
Tribulationem, et dolorem inveni, et nomen Domini invocavi.
Triſtia Jeſſæum vallant diſcrimina Regem;
Det cita, det tutam Dextra vocata diem.

O', Do-

5

O', Domine libera animam meam; misericors Dominus, et Justus, et Deus noster miseretur.

Evadā, qua sorte premor; tot vincla relaxet
Justitiæ nunquam dissita Dia Fides.

6

Custodiens parvulos Dominus: humiliatus sum, et Dominus liberavit me.

Cura fuit Tibi grata Puer, Despectus, Egenus
Cura fuit: sospes Vita fatetur opem.

7. 8. 9.

Convertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapsu.

Placebo Domino in regione vivorum.

Detergit lacrymas, vestigia firmat, & Æuum
Qui mihi spirati flaminis Auctor erat.

10

Requiem æternam dona eis Domine, et lux perpetua luceat eis.

Lucifer exoriare gravem patiētibus umbrā;
Exhilaret Miseros longa, beanda quies.

Psalmus 119.

I

Ad Dominum, cum tribularer clamavi, et exaudivit me.

Addideram gemitus, tribulo dum pungor (acuto;
Vocem Auris, sentes excipit Una Manus.

Do:

2. 3.

Domine libera Animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa.

Quid detur Tibi, aut quid apponatur Tibi, ad linquam dolosam?

Illita labra dolis Stygiũ sparsere venenum;
Sidereo tantam rore repelle luem.

4

Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatoriis. (Sagittas;
Flamma citum vulnus; docet & mox Dextra
Flãma acuisse, potens icere Dextra procul.

5

Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est; habitavi cum habitantibus cedar; multum incola fuit Anima mea. (arctor?
Hospes adhuc nigris Arabum sub pellibus,
Heu! quando Civem dixerit Æthra suum?

6

Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus, cum loquebar illis, impugnabant me gratis. (Votum;
Bella vocant, fera bella, rogat dum fædera
Sic turbat lenes sparsa cicuta favos.

Psalmus 120.

1.2.

Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Domino, qui fecit Cœlum, & Terram.

Qua, nisi viminea, Tellus defenderet Hasta?
Sunt sua Cælitibus, quæ magis Arma, ju-
(vent.

Non

3. 4. 5.

Non det in commotionem pedem tuum ; neque dormitet, qui custodit Israel.
Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel.
Dominus custodit te , Dominus protectio tua, super manum Dexteram tuam. (& orbes;
Ducet euntem Animam , qui Sidera voluit,
Qui vigilat Fautor , si premat alta quies.

6

Per diem Sol non uret te, neque Luna per noctem.
Ignitos seu Phæbus aget , seu Luna jugales;
Lambentes Zephyri, Ros, cavet Umbra fa-
(ces.

7. 8.

Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.
Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum: ex hoc nunc, et usque in seculum. (Æuum;
Damna, doli, procul este ; jubet qui sospitat
Vita vel assurgat, vel tumulanda cadat.

Psalmus 129.

1. 2.

De profundis clamavi ad te Domine; Domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tuæ intendentes, in vocem deprecationis meæ. (& audi;
O' ubi sum? cava quæ teneant, Deus inspice,
Ne tumulent Umbræ, ne rogus iste preces.

3

Si iniquitates observaveris Domine,
Domine, quis sustinebit? (ris; impar
Ad numerum, ad pondus si crimina plexe-
Ad pœnam Virtus, tempus & omne foret.

4. 5.

Quia apud Te propitiatio est, et propter
legem tuam sustinui te Domine.
Sustinuit Anima mea in verbo ejus; spe-
ravit Anima mea in Domino. (rat Iras;
Est Tibi Cor blandum; Clementia tempe-
Grande Malum terret; sed facit Illa leve.

6

A custodia matutina usque ad noctem;
speret Israel in Domino.
Firmemur, Sociale Genus; durate ferendo;
Seu vigil amandet, seu vocet Astra Dies.

7. 8.

Quia apud Dominum misericordia, et
copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet Israel, ex omnibus
iniquitatibus ejus. (urget.
Nomina multa gravant, Vindex Justissimus
Obses Jesus erit; sanguine plura luet.

Psalmus 117.

I

Confitebor Tibi Domine in toto corde meo:
quoniam audisti verba oris mei. (promat;
Plena, Deus, Tibi sistra sonent; Cor cantica
Largus eras Dextra, dũ capis Aure preces.

In

2

In cospectu Angelorum psallam Tibi: adorabo ad Templum sanctum tuum, & confitebor Nomini tuo.

Cœlituũ se Musa Choris resonantibus addat;
Quam benè Sublimi consonat ima fides!

3

Super misericordia tua, & veritate tua; quoniam magnificasti super omne Nomen Sanctum tuum.

Ad Jesus nomẽ dum flectitur integer Orbis,
Par erit in laudes surgere & omne melos.

4

In quacunque die invocavero Te, exaudi me; multiplicabis in anima mea virtutem.

Lux nova succedit luci; favor alter euntem
Subsequitur: Virtus addita Testis erit.

5

Confiteantur Tibi Domine omnes Reges Terræ, quia audierunt omnia verba oris tui.

Arma lyris mutate, Duces; sint psaltria, Reges,
Sceptra chelis: superos audiat Aula sonos.

6

Et cantent in viis Domini; quoniam magna est gloria Domini.

Cede Throno Rex alte; decet per compita saltu
Plaudere, & Ingentẽ voce sonare Deum.

7

Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta à longe cognoscit.

Sublime est Domino solium: non altius ullũ est;
Æqua jacent oculis Ima, Superba suis.

Si

8

Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me, & super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, & saluum me fecit Dextera tua. (demptor;
Magna Patri reddenda, dabas Majora, Re-
Quæ mala propellis, ne rediisse sinas.

Psalmus 145.

1

Lauda anima mea, Dominum; laudabo Dominum in vita mea; psallam Deo meo quamdiù fuero. (carmen;
Cui plaudam? cui vota sacrem? Deus excipe
Ne resonam, Lachesis ne secet ulla fidem.

2

Nolite confidere in Principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus.
Diruta maceries Urbem nō vallat in Hostes!
Non stetit Humano robore fulta salus.

3

Exibit Spiritus ejus, & revertetur in terram suam; in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. (pōnet?
Aula cadet; præceps solium quæ Dextra re-
Tunc male securos alta ruina teret.

4

Beatus cujus Deus Jacob Adjutor ejus spes ejus in Domino Deo ipsius, qui fecit Cœlum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt. (nutu
Qui Mare, qui Terras, qui dirigit omnia
Si tibi Dux fuerat, quale fefellit iter?

Qui

5

Qui custodit veritatem in seculum, facit judicium injuriam patientibus; dat escam esurientibus. (Astus,
Quæ loquitur, res ipsa probat; quos deiicit
Justitia, esuries quos premit, esca levat.

6

Dominus soluit compeditos, Dominus illuminat cæcos. (ademptum
Compedibus solvit, modo qui tibi lumen
Indiderat: saltu plaudito; vinctus eras.

7

Dominus erigit elisos; Dominus dirigit Justos.
Impulit Insontes, nisum sed perdidit Ira:
Non jacet, Æthereo cui cor abigne micat.

8

Dominus custodit Advenas; Pupillum, & Viduam suscipiet. (nus:
Tutor adest Puero Numen, Viduæque Patro-
Non odia effugias, Advena, Cives eris.

8. 9.

Vias peccatorum disperdet.
Regnabit Dominus in secula Deus tuus, Sion, in generationem, & generationem.
I Genus infandũ; per iniqua vagaberis exul:
Stat Thronus æternũ, qui procul ire jubet.



AD

AD MATUTINUM.

Regem cui omnia vivunt,
Venite adoremus.

Psalmus 94.

I

Venite exultemus Domino, jubilemus Deo salutari nostro; praeoccupemus faciem ejus in confessione, & in psalmis jubilemus ei.

Eja veni, vocat Ara, veni prior ordine Mysta;
Ad plausum, ad cytharas pone venite (Chori.

2

Quoniam Deus magnus Dominus, & Rex magnus super omnes Deos.

Deiice Supremo, Rex infime, deiice frõtem:
Ille tibi Populos, & dedit ille Thronum.

2

Quoniam non repellet Dominus plebem suam.

E' solio regnans plebem non despicit imam
Cui nihil est altum, provida cura Casa est

2

Quia in manu ejus sunt omnes fines Terrae; & altitudinis montium Ipse conspicit.

Conditor immoto librat dum pollice Terrã,
Intremit haec, nutat Montis & altus apex.

3

Quoniam ipsius est Mare, & ipse fecit illud; et aridam fundaverunt Manus ejus.

Dic Mare fluctisonum, dic Terra loquacibus (antris
Cui stas? incertis cui fluis usque vadis?

Venite

3
Venite adoremus, & procidamus ante Deum, ploremus coram Domino, qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus noster. (vocaris:
Quæ modo festiva, ad lacrymas nunc Turba
Allisum est, Diæ quod fuit Artis opus.

3
Nos autem populus ejus, & oves pascuæ ejus, Adoremus Dominum, qui fecit nos. (les;
Trivimus, heu! flere decet, sacra Jura Rebel-
Carpsimus in vetito cespite gramē oves.

4
Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra.
Mollescunt gutta silices; ne durior insit
Corde rigor: donis Astra benigna pluunt.

4
Sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto; ubi tentaverunt me Patres vestri; probaverunt, et viderunt opera mea.
Execrata Patrum sint impia jurgia; quando
Fuderat ignotos Æthra liquata favos.

5
Quadraginta annis proximus fui generationi huic; & dixi semper: hi errant corde: ipsi verò non cognoverunt vias meas, quibus juraui in ira mea, si introibunt in requiem meam. (voluit;
Spreta diu bona verba Propago antiqua re-
Lactea cui fælix mella negavit Ager.

IN PRIMO NOCTURNO.

Psalmus 5.

1

Verba mea auribus, percipe Domine; intellige clamorem meum.

Nulla Tibi pressi tacuere silentia Cordis:
An modo, quæ clamat, Vox, quasi, muta (silet?

2

Intende voci orationis meæ; Rex meus, & Deus meus. (gem,

Qui Populis mandas facilem mollescere Re-
Optime Rex, blando viscere jussa præi.

3

Quoniam ad Te orabo Domine; mane exaudies vocem meam. (res;

Surgit Eos, nec prima fugat celerata sopo-
Mens erat, Æterno Sole favente, vigil.

4

Mane astabo Tibi, & videbo; quoniam non Deus volens iniquitatem Tu es.

Hęc matutinis mihi vox inmurmurat horis:
Æquata Numen damnat iniqua libra.

5

Neque habitabit juxta te malignus; neque permanebunt Injusti ante oculos tuos.

Es candor, nitor ipse, nigræ caliginis Osor:
Exulat à puro Lumine turpe Nefas.

6

Odisti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Styx Sontem abripiat; mēdaces Ille coarctet;
Qui primus mendax intulit arte dolos.

7

Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus. (astus
Vafra Manus laqueis, laqueos patiatur, &
Infidum ferient arma retorta Caput.

8

Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ. Introibo in Domum tuam; adorabo ad Templum sanctum tuum in timore tuo. (urget;
Ad sacra Templa Reum Spes indita nutibus
Mysta litet Superis absque timore Ti-

9 (mor.

Domine deduc me in justitia tua; propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam. (Olympi:
Quem Mala detorquent, Tu dirige, Rector
Te Duce, num fallēt lubrica? prava sequar?

10

Quoniam non est in ore eorum veritas; cor eorum vanum est. (vellunt?
Quando unquam directa docent qui Jura re-
Cor vanum ostētant; & quasi bulla tumēt.

11

Sepulcrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant; judica illos Deus.
Nidores, volut Urna, vomunt mētita nitorē;
Fœtida (par fuerit) si vomuere, vorent.

12

Decidant à cogitationibus suis secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos; quoniam irritaverunt te Domine.
Successu careant, quæ voluit iniqua Cupido;
Ne molli, Vindex, reprime tela Manu.

Et

13

Et lætentur omnes, qui sperant in Te; in æternum exultabunt, & habitabis in eis.

Sic fuerit: Firmata Fide Spes læta moratur;
Nulla unquam tecum Vita perire timet.

14

Et gloriabuntur in Te omnes, qui diligunt nomen tuum; quoniam Tu benedices Justo.

Non Acherontæis ructantia flabra cavernis
Ulla levant; nullum robur ad ima trahit.

15

Domine ut scuto bonæ Voluntatis tuæ coronasti nos.

Qui tuus aptatur clypeus, tutamen ad ictus,
Est pariter nostri Verticis altus Honor.

Psalmus 6.

1

Domine, ne in furore tuo arguas me; neque in ira tua corripias me.

Irritata premas tua fulmina, flexile Numen;
Mollia sunt Patris verbera, lenta Manus.

2

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum; sana me Domine quoniam conturbata sunt ossa mea.

Decubui: nec pressa juvant hæc gramina (vires.
Sidereo poterit Rore redire salus.

3

Et anima mea turbata est valde; sed tu Domine usquequo?

O' quali evolunnt Animum mea crimina (fluctu!
Quâ cito, si jubeas, turbida ponet Hyems!

4

Convertere Domine, & eripe animam meam; saluum me fac propter misericordiam tuam.

Aversum, Vitæ si nulla pericula vertant;
Heu miser! æternum damna sequuta ge-(mam.

5

Quoniam non est in morte qui memor sit Tui; in Inferno autem quis confitebitur Tibi?

Lethæis Agitatum undis oblivia mergunt.
Alta Tui: turbat Tartarus omne melos.

6

Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum; lacrymis meis stratum meum rigabo.

Concutit ossa dolor; sordentia crimine lina
Nō nisi, quo lacrymor, tergere fōte, decet.

7

Turbatus est à furore oculus meus; inveteravi inter omnes inimicos meos.

Ipse Aer longa dudum mihi nubilat ira;
Ire nec in Senium debile Tela pudet.

8

Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem; quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

In Mala prona Cohors absiste, quid irrita (tentas?
Erranté, alta licet, cominus Astra regunt.

9

Exaudivit Dominus deprecationem meam; Dominus orationem meam suscepit.

Audiit effusos gemitus, exaudiit Idem,
Qui propero largus munere Vota præit.

Eru-

10

Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei; convertantur, & erubescant valdè velociter. (Terror;
Agmina disperso in præceps fuget ordine
Quique citus fœdat, sit comes usque Pudor.

Psalmus 7.

1

Domine Deus meus in te speravi; saluum me fac ex omnibus persequentibus me; & libera me. (plos:
Imbellis non mille timet Spes. Dia Mani-
Unus si faveas, mille nec unus erunt.

2

Ne quando rapiat, ut leo animam meam; dum non est qui redimat, neque qui saluum faciat. (Avernus
Torqueret possessum Animũ malus emptor
Injustum Dominus ni repulisset Herum.

3

Domine Deus meus si feci istud; si est iniquitas in manibus meis.
Es memor, ut Pietas irata represserit arma,
Mactandũ dederāt cum cava cæca Caput.

4.5.

Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis.
Exurge Domine in ira tua; & exaltare in finibus inimicorum meorum.
Effera Vita cadat, Regem si sustulit Ultrix:
Dextra Dei digna est Vindicis Una cani.

6
Et exurge Domine Deus meus in præcepto, quod mandasti; & synagoga populorum circumdabit te.

Jura terunt Populi, ni fune obvallet,& hasta
Legifer : his regitur, Turba proterva (minis.

7
Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat, et conculcet in terra vitam meam ; & gloriam meam in pulverem deducat.

Si specus Immitē vidit, non deprecor ictus:
Perfodiant Hostes cuspide,dente Canes.

8
Et propter hanc in altum regredere; Dominus judicat populos. (bunal:
Ense sit, & jaculis validum tibi Dive Tri-
Judicium Latro nullus inermis timet.

9
Judica me Domine secundum justitiam meam; & secundum innocentiam meam super me.

Actorē innocuus non horreo:nulla Maligni
Verba pavet, Judex quē tua libra probat.

10
Consumetur nequitia peccatorum,& diriges Justum; scrutans corda, & renes Deus. (ferarum;
Non favēt Umbra Reis, obscura nec antra
Scit tenebrosa etiam,qui sine luce videt.

Justum

11

Justum adjutorium meum à Domino; qui fecit Cœlum, & Terram.

Eminus elōgat Terris qui cōdidit Æthram;
Nec minus à Justo damna, pericla, dolos.

12

Deus Judex justus, fortis, & patiens; numquid irascitur per singulos dies?

Lene furit, suspēsa librat sua fulmina Numē:
Fulgure non omnem vult trepidare Diē.

13

Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit; arcum suum tetendit, & paravit illum.

Aversa si fronte Deum contemnis, Inique,
Credito, & aversæ vulnera frontis erunt.

14

Et in eo paravit vasa mortis; sagittas suas ardentibus effecit.

Temperat, emollit quæ nunc mea Fabra sagittas,
Hæc eadem rabidis efferat Ira focis.

15

Ecce parturiit injustiam; concepit dolorem, & peperit iniquitatem.

Impietas quid fæta daret? Lucina recessit:
Styx nigra cognato suscipit ungue Genus.

16. 17.

Lacum aperuit, & effodit eum; & incidit in foveam, quam fecit.

Convertetur dolor ejus in caput ejus; & in verticem ipsius iniquitas ejus descendet.

Irretita suis Fraus ingemit impia nodis.
Turpis in Autorem jacta saliva redit.

18

Confitebor Domine secundum justitiam ejus; & psallam Nomini Domini Altissimi.

(pus:
Et sceleri, & Justo data rite coæquat Olym-
Concordi inpariles laude, sonate, fides.

LECTIO PRIMA. *Job 7.*

1

Parce mihi Domine, nihil enim sunt dies mei.

(bantis;
Blande Deus, flagra dura lini; miserere la-
Iret inoffenso pes sine luce gradu?

2

Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum?

O mirũ! trutina grandi tam parvula pendis?
Dia quid attraxit Viscera Vile Genus?

3

Visitas eum diluculo, & subito probas illum.

(ulna.
Provide, vix natum patria complecteris
Quid valeat, nigra Judice Sorte, probas

4

Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me, ut glutiam salivam meam?

Da veniã; vix pressus hiat sub pectore flatus;
Hæsitat, & prima in fauce saliva gemit.

✠

Peccavi, quid faciam Tibi ô Custos hominum?

Peccator quid iniqua tegã? sed frõte retorta
Ne fure; quin blandis nutibus ora juvent.

6

Quare posuisti me contrarium Tibi, & factus sum mihimetipsi gravis?

Si potui averso coram Te sistere vultu,
Heu! merito obtortum Cor mihi pondus (erat.

7

Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam? (lenis
Multum audet firmata Fides: age, sordida
Elue; damnatas dissipet aura notas.

8

Ecce nunc in pulvere dormiam; & si mane me quæsieris, non subsistam.

Cum Vita Spes ipsa cadet:cadit ecce;jacentē
Jam cinis obvoluit; nec mihi surget Eos.

LECTIO SECUNDA. *Job* 10.

1

Tadet animam meam Vita mea. (Vitam
Me miserum! quam tetra dies, quo turbine
Obruit? heu cogunt tædia malle mori.

2

Dimittam adversum me eloquium meum; loquar in amaritudine animæ meæ. (Amaror
Compressus sub dente Dolor, taciturnus
Erumpat: fuerint quæ mihi dura, feram.

3

Dicam Deo noli me condemnare. (tem,
Audi,seu querulum,prona seu Voce precan-
O Deus,haud patiar,quæ mala ritè paras.

4

Indica mihi cur me ita judices. (Tribunal;
Æqua premunt, rectum ſtatuit quæ damna
Sed liceat cauſas quærere: damna feram.

5

*Numquid bonum Tibi videtur, ſi calum-
nieris me, & opprimas me opus
manuum tuarum.* (nigrat;
Nulla unquam Miſeros Divina calumnia
Non teris Innocuũ, quod bene fingis, opus.

6

Et conſilium impiorum adjuvet.
Impia in Inſontes, Juſtiſſime, fœdera damnas;
Et Sceleri Socios, Judice Voce, feris.

7

*Numquid oculi carnei Tibi ſunt, aut
ſicut videt homo, & Tu videbis?* (Senſus;
Eſt Tibi Mens Oculi: falluntur imagine
Candida ſæpe horrent, ſæpe nigrata pro-
(bant.

8

*Numquid ſicut dies hominis dies tui, & anni
tui ſicut humana ſunt tempora.* (velant:
Vix annus, vix Luſtra Homini indagata re-
Edita vix Animo, ſed Tibi Culpa patet.

9

*Et ſcias quia nihil impium fecerim,
cum ſit nemo, qui de manu
tua poſſit eruere.* (ignes
Flagra, minæ, gladius, ſuſpendia nulla, nec
Scire dabunt, Sapiẽs quæ male facta tenes.
Sæpe necẽ avertit patientia muta Maligni;
Juſtitiam Domini non fugit ulla lues?

LECTIO TERTIA. *Job* 10.

1

Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me totum in circuitu; & sic repente præcipitas me?

Diffringes quod fingis opus? Manus una coa-(ctos
Digessit Sensus, altera projiciet?

2

Memento quæso, quod sicut lutum feceris me, & in pulverem reduces me.

Unus eras Homini formando Fictor, & Idē
Qui revoces Limum, Conditor Unus eris.

3

Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti?

Expressit quasi mulctra gregis mihi semina (Uitæ;
Ut facili mollis Caseus Arte premor.

4

Pelle, & carnibus vestisti me: ossibus, & nervis compegisti me: Uitam, & misericordiam tribuisti mihi.

Fit caro, fit nervi, limus fit, & Ossa repente;
Vitali ut primum flamine terra calet.

5

Et Visitatio tua custodivit Spiritum meum.

Quæ dederat tot dona Manus profusa, nec (aufert,
Nec minuit: servas invido ab Hoste Vigil.



IN II. NOCTURNO.

Psalmus 22.

1

Dominus regit me, & nihil mihi deerit; in loco pascuæ ibi me collocavit.

Paſtorem, velut Agna, ſequar: ſaturabit euntē
Melle ſuo Cœlum, lac ubi Terra negat.

2

Super aquam refectionis educavit me; animam meam convertit. (Amnis;
Non explet ſitientem Animam limoſus hic
Exaturat Supero, quæ venit *Unda*, ſinu.

3

Deduxit me ſuper ſemitas juſtitiæ; propter Nomen ſuum. (præceps
Ni regeret; per ſtulta vagus, per & impia
Irruerem: Omnipotens utraque Dextra (cavet.

4

Nam & ſi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala; quoniam Tu mecum es.

Quid verear medios interritus ire per enſes?
Fauſta mihi fuerit dum tua Vita comes;

5

Virga tua, & baculus tuus; ipſa me conſolata ſunt.

Horrida flagra alios, me mellea tãgere viſa:
Advenit è blãdo hoc verbere lõga quies.

6

Paraſti in conſpectu meo menſam; adverſus eos, qui tribulant me.

Poma dediſſe olim vitalia dicitur Arbos:
Hanc vivax libem tutus ab hoſte dapem.

7

Impinguaſti in oleo caput meum; & calix meus inebrians, quàm præclarus eſt. (væ:
Sint Baccho Vites, ſit pinguis oliva Miner-
Sanior è Cœlo venit uterque liquor.

8

Et miſericordia tua ſubſequetur me; omnibus diebus vitæ meæ. (præivit;
Larga preci ſit Dextra ſequax; quin Vota
Arctabit nullus, quem dabit Æthra, dies.

9

Ut inhabitem in Domo Domini; in longitudinem dierum. (nis;
Seu ſteterit, ſeu quaſſa ſuis ruat Aula colum-
Me ſtabili excipiet cardine celſa Damus.

Pſalmus 24.

1

Ad Te Domine levavi animam meam; Deus meus in Te confido non erubeſcam. (re fædam,
Reptantem hanc Animam, limoſo & pulve-
Qui Deus attollis, ſorde, pudore levas.

2

Neque irrideant me inimici mei; etenim univerſi, qui ſuſtinent te, non confundentur. (cachinnis:
Comprime Turba procax immiſtis verba
Quæ bona Sors tarda eſt, credite, tarda, (venit,

3

Confundantur omnes iniqua agentes; supervacue.

O' miser! o nisu in tanto non utile crimen!
Sysifus es; periit, mole cadente, labor.

4. 5.

Vias tuas Domine demonstra mihi; & semitas meas edoce me.

Dirige me in veritate tua, & doce me; quia tu es Deus Salvator meus, & te sustinui tota die.

In biviis hæsi: monstratur semita dispar:
Utra mihi fælix, utra terenda, doce.

6

Reminiscere miserationum tuarum Domine; & misericordiarum tuarum, quæ à seculo sunt.

Majestas Suprema furit placabilis Ara:
Commemora: testes hoc retulere Patres.

7. 8.

Delicta juventutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.

Secundum misericordiam tuam memento mei Tu; propter bonitatem tuam Domine.

Indomito similis quondã juga sacra Juvenco
Indignabar: amans ne memorare Pater.

9. 10.

Dulcis, & rectus Dominus; propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget mansuetos in judicio; docebit mites vias suas.

Delirans Pecus haud odit vel durus Arator,
Lene regis; Vitæ hæc lira tenebit iter.

Uni-

11

Universæ viæ Domini misericordia, & veritas; requirentibus testamentum ejus, & testimonia ejus. (lis,

Quæ bona promittit Pietas, dat Dextra fide-
Ni monumenta legis, Tu tibi Testis eris.

12

Propter Nomen tuum propitiaberis peccato meo;multum est enim.

Justitiæ quæ libra nefas immane levaret?
Propitia Miserum lance juvabit Amor.

13

Quis est homo,qui timet Dominum;legem statuit ei in via, quam elegit.

Huc ades ò, qui Jura colis,qui pronus ad arã
Thura litas:propera:lex tibi mõstrat iter.

14

Anima ejus in bonis demorabitur: & semen ejus hæreditabit terram. (maniplos;

Prævenient Superos, pandent, quos arua
Plurima non erit ad germina siccus Ager.

15

Firmamentum est Dominus timentibus eum; & testamentum ipsius ut manifestetur illis. (trementem;

Intreme Juste; tremor valet hic firmare
Celatum radiis hic aperire Deum.

16

Oculi mei semper ad Dominum;quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos. (undis;

Prospicit Arcturum, qui Nauta revolvitur
Numen Ego, pejor quem mage jactat (hyems.

Respice

17

Respice in me, & miserere mei; quia unicus, & pauper sum egò. -

Obtutu averso ne despice multa gementem:
Oderis objecti Pignoris ora Pater?

18

Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt; de necessitatibus meis erue me. (ictum:

Ingeminat, quasi jure dato, Dolor improbus
Vel scuta obvallent, vel ferus ille ruat.

19

Vide humilitatem meam, & laborem meum; & dimitte universa delicta mea. (tigant:

Quanta, vide, quot damna nocent? delicta fa-
Adde laboranti robora; perde Nefas.

20

Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt i & odio iniquo oderunt me. (stem:

Infensum semen glomeratum assurgit in ho-
Fit rabies, tumido quæ venit Ira rubo.

21

Custodi animam meam, & erue me; non erubescam, quoniam speravi in Te.

Nubila si pendent, campo gratatur Arator
Pendula stant Cœli dona: morare, cadent.

22. 23.

Innocentes, & recti adhæserunt mihi; quia sustinui te.
Libera Deus Israel ex omnibus tribulationibus suis.

O quantum sapitis vestigia recta sequuti!
Ibimus; & poterit meta beare gradus.

Psalmus 26.

1. 2.

Dominus illuminatio mea, & salus mea; quem timebo?
Dominus Protector Vitæ meæ; a quo trepidabo? (Umbris?
Sol mihi inocciduus rutilat, quibus implicer
Sub tuta Caput est casside; sospes erit.

3

Dum appropiant super me nocentes, ut edant carnes meas.
Cerbereis inhiant in me latratibus Hostes:
Quam minus impasta fauce leæna fremit!

4

Qui tribulant me inimici mei; ipsi infirmati sunt, & ceciderunt. (ægra
Pone animos inimica Cohors: quin tristis, &
Linge solum, fuerat cui, sua Vota, cruor.

5. 6.

Si consistant adversum me castra; non timebit cor meum.
Si exurgat adversu me prælium; in hoc ego sperabo.
Excitet, exacuat focus Inferus Arma; retusa
Cuspide quid fuerint? vimina, lenta salix.

7

Unam petii à Domino, hanc requiram; ut inhabitem in Domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. (esca.
Maceries cadat Aula, Thronus cadat ignibus
Têpla mihi fælix Aula, sit Ara Thronus.

8

Ut videam voluptatem Domini; & visitem Templum ejus.

Regia sacratis bene stat contermina muris;
Unicus è Solio est ad sacra Thura gradus.

9

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo; in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.

Quæritat ad cædã frustrata indagine Miles;
Invius, hæc Templi lintea, Murus erunt.

10

In petra exaltavit me; & nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.

Elatas, nec aperta timet mea Vita, sagittas;
Eminet ò quantum, quod levat Æthra, (Caput!

11

Circuivi, & immolavi in tabernaculo ejus hostiam vociferationis; cantabo, & psalmum dicam Domino.

Victima cum caderet gratis balatibus Agna,
Ingemuit; lætos addidit Ara sonos.

12

Exaudi Domine vocem meam, qua clamavi ad Te; miserere mei, & exaudi me.

Cor satis eloquitur tacitũ, clamatque dolẽdo:
Sed simul elato murmure lingua gemit.

13

Tibi dixit cor meum, exquisivit Te facies mea; faciem tuam Domine requiram.

Quærit opes, effossa fodit, subit Antra Cupi- (do:
Mens mea, si sapias, sidera tunde sagax.

14. 15.

Ne avertas faciem tuam à me ; ne declines in ira à Servo tuo.
Adjutor meus esto , ne derelinquas me , neque despicias me Deus salutaris meus.

Quæ scelus aversata, Reo da lenior ora:
Surget hic ad Superos, illud in ima ruet.

16

Quoniam Pater meus , & Mater meà dereliquerunt me ; Dominus autem assumpsit me. (Parentum!

Siste Dolor ; lacrymis sequeris quid busta
En Tutor Deus à funere: siste Dolor.

17

Legem pone mihi Domine in via tua; & dirige me in semitam rectam propter Inimicos meos. (Dolosi

Exleges , per iniqua trahunt , vetitumque
Commendant; rectum dirige Numen iter.

18

Ne tradideris me in animas tribulantium me; quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. (dorē;

Cōpressit Stygia Arte Calumnia Vafra pu-
Surgat hic, Actorem damnet hic ipse reū.

19

Credo videre bona Domini; in Terra viventium. (centem;

Vera Fides præit , sequitur Spes certa do-
Ista premet Superas, quas notat illa plagas.

Expe-

20
Expecta Dominum, viriliter age; et confortetur cor tuum, & sustine Dominum.
Duremus:ne lōga Animos hæc semita lasset;
Non eludetur, qui petit Astra, Labor.

LECTO QUARTA. *Job* 13.

1
Responde mihi, quantas habeo iniquitates, & peccata: scelera mea, & delicta ostende mihi.
Pro merito pateris, triplex testatur Amicus!
Dicite, quod crimen damna tot aucta luūt

2
Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum?
Quæ statuis Judex, æquissima Jura probarunt:
Ora quid abscondis? clam quasi ab Hoste (petor.

3
Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris.
Qui nutu subvoluit Humum, qua laude Po- (tentem
Charta agitata notet: si satis est Zephyrus?

4
Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ.
Si scelus est Juvenis, patitur quid pura Sene- (ctus;
Florida quod peccāt gramina, sicca luent?

5
Posuisti in nervo pedem meum. (coarctor!
Inspice quanta premunt, & qua sub lege
Sic vincit dura compede crura calybs.

Et

6

Et observasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti.

Qui mea disperdunt rapidi vestigia Venti,
Pressa semel Menti non rapuere tuæ.

7

Qui quasi putredo consumendus sum. (Ossa?
Num riget ære Caro? num stant adamãtibus
Me miserum! caries putrida, pulvis erunt.

8

Et quasi vestimentum, quod comeditur à tinea.

Una Dies Vitam, mox altera dente rapaci
Corrodit: tineis sic datur escas Clamys.

LECTIO QUINTA. *Job 14.*

1

Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis.

Illacrymes, & damna, Puer vix edite planctu
Præcurras; Æuum Sors breve avara parat.

2

Qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. (Diurnus;
Umbra fugax est natus Homo, viror atque
Sic gemit instabiles menstrua Luna vices.

3

Et dignum ducis super hujuscemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in judicium. (dus ornas!
Sic fumus; at Genus abjectum quam Provi-
Dirigis ense minax, munere, voce, vagum.

Quis

4

Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne Tu, qui solus es?

Sic sumus: infælix Genus hoc ab origine fæ- (dat
Divino solum Rore pianda Lues.

5

Breves dies hominis sunt: numerus mensium ejus apud Te est: constituisti terminos ejus, qui præteriri non poterunt.

Annosæ Quercus, Atavos, seriemque Nepotū
Enumerant: nobis heu rata Vita brevis!

6

Recede paululum ab eo, ut quiescat donec optata veniat, sicut mercenarii dies ejus.

Siste Querela rudis; sit nunc data meta la- (bori:
Æterna assurget, qui feret æra, dies.

LECTIO SEXTA. *Job 14.*

1

Quis mihi tribuat ut in Inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus.

O' mihi si Patrium detur subiisse sepulcrum!
Laurus ibi melior Fulmina jacta cavet.

2

Et constituas mihi tempus, in quo recorderis mei.

Si forte abiicitur Tibi pristina cura sepulti,
Qua tandem fuerit luce resumpta, mone.

3

Putas ne mortuus homo rursum vivat?
Mæsta suû vellet revirescere gleba frutetû:
An viror Humanus, nec rediturus, abit?

4

Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. (fatigant:
Longa Sagum mihi lustra trahit: nimis arma
Ite procul tandem Bella, Triumphe veni.

5

Vocabis me, & ego respondebo Tibi. (clange;
Posthuma clange Tuba, expectata, novillima
Clausa dabit nullam, dum vocor, Urna (moram.

6

Operi Manuum tuarum porriges dexteram. (refinget;
Dia Manus compegit Opus; putridum ipsa
Non alio Lachesis robore victa cadet.

7

Tu quidem gressus meos dinumerasti; sed parce peccatis meis.
Mente sagax numerata tenes vestigia Vitæ:
Ah Pie; distortos nesciat Ira gradus.

IN III. NOCTURNO.

Psalmus 39.

1

Expectans expectavi Dominum.
Vota diu expectant pacati Numinis Aurem;
Et tamen, (ò mirû) fit mora longa brevis.

2

Et intendit mihi. Et exaudivit preces meas; & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis.

Hæserat incautis gradibus Vita inscia limo;
Ni Deus erigeret, fæda jaceret adhuc.

3

Et statuit supra petram pedes meos; & direxit gressus meos.

Mollibus eneruem dejecit blanda Voluptas:
Das melius duris surgere, dura sequi.

4

Et immisit in Os meum canticum novum; carmen Deo nostro. (Amores;
Turpe melos, veteres ne perstrepe, Carmen,
Candicet ictа novo pectine casta fides.

5. 6.

Videbunt multi, & timebunt; & sperabunt in Domino.
Beatus Vir, cujus est Nomen Domini spes ejus; & non respexit in vanitates, & insanias falsas.

Quam fælix, cui nulla sapit vesania Uulgi!
Quē Spes obfirmat, cui quatit Ossa Timor!

7

Multa fecisti tu Domine Deus mirabilia tua; & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.

Obstupuit septē Miracula Magna Vetustas:
Orbis his est Unum Grandius Artis opus.

8

Annunciavi, & locutus sum; multiplicati sunt super numerum. (recludit!

Numinis unum opus hoc ò quot miranda
Enumerare etiam denegat illa Stupor.

9. 10.

Sacrificium, & oblationem noluisti; aures autem perfecisti mihi.

Holocaustum, & pro peccato non postulasti; tunc dixi; ecce venio.

Iratum Te nulla, Pater, gregis Hostia placat:
Funditur en Geniti, Victima grata, Cruor.

11

In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam; Deus meus volui; & legem tuam in medio cordis mei.

Incidi, penitis, quæ mandas Jura, medullis.
Nil nocet, audaci, si perit Igne, liber.

12. 13. 14.

Annunciavi Justitiam tuam in Ecclesia magna; Ecce labia mea non prohibebo, Domine tu scisti.

Justitiam tuam non abscondi in corde meo; veritatem tuam, & salutare tuum dixi:

Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam à Concilio multo.

Illa palam narrare ausim; venerare Uolumẽ
Scriba, sacrũ: Uulgus, Dogmata disce, rude?



15

Tu autem Domine ne longè facias miserationes tuas à me; misericordia tua, & veritas tua semper susceperunt me. (Mitis:
Mitis eras Miseris; misero nunc flectere
An Pietati unquā displicet esse, quod est?

16. 17.

Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus; comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut viderem.

Multiplicata sunt super capillos capitis mei; & cor meum dereliquit me. Vires;
Succumbunt, geminata gravāt, dum crimina,
Cor Tibi sub multo pōdere triste gemit.

18

Complaceat Tibi Domine ut eruas me; Domine ad adjuvandum me respice.
Cuncta, Pater, tua Jura, licet durissima, servē;
Nunc vide anhelantem, dum necis urget

19. 20. 21. (Agon.

Confundantur, & revereantur simul qui quærunt animam meam, ut auferant eam.

Convertantur retrorsum, & revereantur, qui volunt mihi mala.

Ferant confestim confusionem suam, qui dicunt mihi: euge, euge.
Par esset capitale odium mulctare capistro;
Par Irrisorum scomma pudore premi.

Exul-

22

Exultent, & lætentur super te omnes quærentes Te; & dicant semper: Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

Si Christi vos tangit amor; cantate gemella
Laude Patrem: geminum detur Utrique (melos.

23. 24.

Ego autem mendicus sum, & pauper;
Dominus sollicitus est mei.
Adiutor meus, & protector meus tu es;
Deus meus ne tardaveris. (stas;

Non mihi pauperies cura est, non sortis ege-
Cura Tibi soli est provida: perge, juva.

Psalmus 40.

1

Beatus, qui intelligit super egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus.

Plurima Mendicis fit pervia Cella lacernis:
Hoc erit imbelli à Milite tuta Domus.

2

Dominus conservet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra; & non tradat eum in animam inimicorum ejus. (stras;

Fausta precor: si Tutor ades, si scuta mini-
Nequicquam Hostilis diriget arma Furor.



3

Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus; universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus.

Ægrotat? medicos diffundent Sidera rores;
Non erit, inverso vellere, dura quies.

4

Ego dixi, Domine miserere mei; sana animam meam, quia peccavi tibi.

Alta lues putet; scelus inficit, insidet ulcus:
Sed facili poteris tergere fæda Manu.

5

Inimici mei dixerunt mala mihi; quando morietur, & peribit nomen ejus?

Hæc vomuit, Stygio livet quæ Turba veneno:
Occidat; invisum respuat Urna Caput.

6

Et si ingrediebatur, ut videret, vana loquebatur; cor ejus congregavit iniquitatem sibi.

Dissimulat male suta Domesticus: arte dolosa
Dãna coquit: multo crimine corda tumẽt.

7

Egrediebatur foras; & loquebatur in idipsum.

Venditor à sacra servat mala fædera cæna:
Hoc thure, his precibus, perfide Mysta, litas?

8

Adversum me susurrabant omnes inimici mei; adversum me cogitabant mala mihi.

Implicat ad prædam sua fila dolosa Senatus:
Stulte Senex, AGNUS rete ligandus erat?



9

Verbum iniquum constituerunt adversum me; numquid qui dormit, non adiiciet, ut resurgat?

Lux Ego sum Mūdi, dicit, lux occidat, addis.
O' demens: huic Soli Urna canetur Eos.

10

Etenim homo pacis meæ, in quo speravi; qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem. (mandit,

Horresco referens : quod Numen dapsile
Proditor, exigua vendere merce parat.

11

Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me; & retribuam eis. (stas;

Dic Pater redimas: pendet magis ære Pote-
Hœc alia damnet Judice lance reos.

12

In hoc cognovi quoniam voluisti me; quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

Fraus elusa mihi Dium testatur Amorem:
Evadet luctus, qui modo plausus erat.

13

Me autem propter innocentiam suscepisti; & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

Innocuam Sobolem Patrii vexere lacerti:
Nō erit hoc unquā pondere lassus Amor.

14

Benedictus Dominus Deus Israel à sæculo, & usque in sæculum; fiat, fiat. (nanti;

Dic totidem duodena Cohors sacra Vota To-
Sed numerus brevis est: adde perenne me-
(los.

Psalmus 41.

1.2.

Quemadmodum desiderat ceruus ad
fontes aquarum; ita desiderat
anima mea ad Te Deus.
Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum;
quando veniam, & apparebo
ante faciem Dei? (tem;
Ambo sitimus;adit Cervus,post vulnera,fon-
Me solum expleret Fontis origo prior.

3

Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac
nocte; dum dicitur mihi quotidie,
ubi est Deus tuus? (fletus:
Integra Lux, querulos Nox vidit,& integra
Numinis heu Vultū Lux sua magna negat.

4

Hæc recordatus sum, & effudi in me animam
meam; quoniam transibo in locum
tabernaculi admirabilis usque
ad Domum Dei. (tigat:
Cum lacrymis,& Vita cadit:mora longa fa-
Ibimus ò quando, quam notat Æthra, (viam?

5

In voce exultationis,& confessionis;
sonus epulantis.
Dicite Cælicolæ,quot plausibus icta resultat
Læta Domus? saturat qua dape mensa fa- (mem?

Quare

6.7.

Quare tristis es Anima mea ? & quare conturbas me ?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi; salutare vultus mei, & Deus meus.

Spes dilata Animam singultibus urget anhe- (lam;
Illa eadem lætos det, quia firma, modos.

8

Ad me ipsum animã mea conturbata est; propterea memor ero tui de terra Jordanis, & Hermeniim à monte modico.

Jordanem non lassat iter; stat firmior Hermō:
Stare hic, ire etiam, cum decet, ille monet.
Ætherei Montes, & labile Flumen Olympi
Quam melius nitidis me docuere notis!

9


Abyssus abyssum invocat; in voce cataractarum tuarum.

O' fragor! o turbo! geminatur abyssus ab A- (stris:
Nec satis, ut capiat, tota dehiscit Humus.

10

Omnia excelsa tua, & fluctus tui; super me transierunt.

Mons quando succumbit aquis, quæ marmo- (ra dicent?
Hic Tellus pluviis est tumulata vadis.



11. 12.

In die mandavit Dominus misericordiam suam; & nocte canticum ejus.
Apud me oratio Deo vitæ meæ; dicam Deo, susceptor meus es.
Lætor io: tandẽ Mons eminet Armenus: Iris
En fausta: ad laudes fit novus Arca Cho- (rus.

13

Quare oblitus es mei? & quare contristatus incedo, dum affligit me Inimicus? (stis.
Ponit hyems; crudele Caput nõ dejicit Ho-
Æthra juves: Arcus belliger arma rotet.

14. 15.

Dum confringuntur ossa mea, exprobraverunt mihi, qui tribulant me inimici mei.
Dum dicunt mihi per singulos dies: Ubi est Deus tuus? quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? (Procaces:
Irrident abjectam Animam; clamantque
Non ullus Deus est: quid canis esse tuum?

16

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi; salutare vultus mei, & Deus meus. (ctro
Exanimis consurge Timor: Spes vivida, ple-
Gaudia junge: favent Sidera: carmen eat.

LECTIO SEPTIMA. *Job* 17.

1

Spiritus meus attenuabitur, dies mei breviabuntur, & solum mihi superest sepulcrum. (recedam:
Me miserum! velut aura levis, velut umbra
Vix reliquum cinerem præterit Hora ra- (pax.

Non

2

Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus. (amaror

Innocuum mala quanta premunt! conturbat
Guttura; luminibus nec patet ipsa Dies.

3

Libera me Domine, & pone me juxtà te, & cujusvis manus pugnet contra me. (langes,

Quotquot habet fortes Styx Infera tota Pha-
Si mihi sis Dexter, gramina, vimen erunt.

4

Dies mei transierunt, cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meum.

Fugerunt hilares anni; quæ multa ciebat
Gaudia, mæsta jacet, quin sine voce, Che-
(lys.

5

Noctem verterunt in diem, & rursum post tenebras spero lucem.

Insomnes vigilare horas ærumna coegit:
Eja, diurna redi, quam fugat Umbra, Quies,

6

Si sustinuero, infernus domus mea est, & in tenebris stravi lectulum meum. (urget:

Urna vocat; jubet ire Dolor, cruciatibus
Sint Tenebræ, Socii, sit Domus ima, Cinis.

7

Putredini dixi; Pater meus es, Mater mea, & Soror mea Vermibus. (ortus!

O' qualis nova origo mihi, quis & incipit
En Pater est Marcor, putrida Turba Soror.

8

Ubi est ergo nunc præstolatio mea, & patientiam meam quis considerat?

Illudor patiens; Orbis num recta Tonantem
Cura tenet, melior ni nova Vita foret?

LECTIO OCTAVA.

1

Pelli meæ consumptis carnibus, adhæsit os meum: & derelicta sunt tantummodò labia circa dentes meos.

Una levis tegit ossa cutis; putredine mandor;
Præteriit Vermis non nisi labra satur.

2

Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos Amici mei, quia Manus Domini tetigit me. (Sodales,

Plangito, Amice, vices, revoluta hæc fata,
Plangite: tam tristi jungite triste melos.
Extulerat solio redimitum tempora Regem,
Deprimit, heu miserum, quæ modo ad (ima Manus.

3

Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini? (tibus ulcus

Nonne satis gravat Æthra malis? quid den-
Stringitis: an Vermis rodere cessat edax?

4

Quis mihi tribuat ut scribantur sermones mei? quis mihi det, ut exarentur in libro stylo ferreo, & plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice?

Aura meos ne perde sonos: celanda reserves
Edoctura memor sæcula cuncta, Silex.

5

Scio enim, quod Redemptor meus vivit, & in novissimo die de Terra surrecturus sum:

Vivit io, vivet jugulata Morte Redemptor:
Job putris assurget: Ver dabit ille novum.

6

Et rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum meum, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius: (nus, Idem:

Ipse Deum, ipse ego conspiciam, Job pristi-
Redde oculos Sanies, redde putredo cutē.

7

Reposita est hæc spes mea in sinu meo.

Vera, futura olim, loquitur lœtissima saxum:
Luditur haud fido à Numine firma Fides.

LECTIO NONA. *Job.* 10.

1

Quare de vulva eduxisti me? qui utinam consumptus essem, ne oculos me videret. (sent!

O' tumulum Materna mihi si claustra dedis-
Heu pudor! in quanta, Rex modo, sorde
(jacet!

2

Fuissem quasi non essem, de utero translatus ad tumulum. (ad Urnam!

Quam bene nulla olim fuerat via Ventris
O' mihi si nunquam luxerat ulla dies!

3

Numquid non paucitas dierum meorum finietur brevi?

Heu! nihil exhilarat datus hic spirabilis aer:
Expirare; brevem reddere fata volunt.

4

Dimitte ergo me,ut plangam paululùm dolorem meum.

Labile poſtremus qui ſiſtit anhelitus ævum,
Abrumpat pænas,& lacrymoſus eat.

5

Antequam vadam, & non revertar ad terram tenebroſam,& opertam mortis caligine. (rus;
Hic gemitus proſunt, hic utilis imber ama-
Lacryma vana cadit,quã Stygis Urna bibit.
Hic detur vel triſte jubar; caligine longa
Si claudent Manes, ſi remeare negent.

6

Terram miſeriæ, & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. (Parentum,
Poſt tumulos, poſt clauſtra Animis habitata
Ni melior ſurgat mox nova Vita redux,
O'tenebræ!ò luctus!ò plena horroribus ãtra!
O' Chaos infœlix ! ò procul acta Quies !

AD LAUDES.

Pſalmus 50.

1

Miſerere mei Deus;ſecundum magnam miſericordiam tuam. (dolenti;
O' quis Ego ? quid ſceptra regam? date ſaxa
Nuda Reus tundã pectora:cede chlamys.
Magne Deus,qui tãtaReis,tot & impia laxas,
Heu quantum erravi ! dirige, parce Deus.

Et

2

Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.

Scripta notant, quoties Ultor molliveris Irã;
Ad mea nunc Idem crimina durus eris?

3

Amplius lava me ab iniquitate mea; & à peccato meo munda me. (unda
Nostra Duci Assyrio saniem quæ detrahet
Heu! mihi nõ satis est: Fons valet, Æthra,
(tuus.

4

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco; & peccatum meum contra me est semper. (bar, & ossa;
Cæcus eram, cum sorde Animum macula-
Cæcus erã; visum nunc scelus usque fodit.

5

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci;
Non unum læsi; Tibi tunc injurius Uni
Quod fuerim, torto viscere corda dolent.

6

Ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum judicaris. (dant?
Quid querar ah, si recta nefas examina pen-
Judice Te, Judex sum mihi & ipse reus.

6

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum; & in peccatis concepit me Mater mea.
Vix Puer, inficior Materna labe; nec ortum
Expectat, virus qui Draco triste vomit.

Ecce

7

Ecce enim veritatem dilexiſti; incerta, & occulta Sapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Veridicis pronus faveas delicta fatenti;
Oueris iratus, quem tot operta doces?

8

Aſperges me hyſſopo, & mundabor; lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.

Munditiem nec plena dabunt toto amne fluenta:
Si gutta irrores, gutta ſat una mihi eſt.

9

Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam; & exultabunt oſſa humiliata.

Hæc lyra non hilarat: veniam ſi verba ſonabunt;
O' quoties ſalient, quæ terit oſſa, dolor!

10

Averte faciem tuam à peccatis meis; & omnes iniquitates meas dele.

Cuncta vides; male facta potes ſed fronte benigna
Proſpicere: hoc animo cognita, nulla forent.

11

Cor mundum crea in me Deus; & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis.

Ni nova corda creas, penitus ni fœda repellas;
Excordem poſthac vivere poſſe dato.

12

Ne proiicias me à facie tua; & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.

Dilaniandũ irato occurrere præſtat Averno;
Quam ſemel averſo Te, Deus, ore pati.

13

Redde mihi lætitiam salutaris tui; & spiritu principali confirma me.

Demissos Uultus favor erigat alter Amātis;
Ne tamen erectos gloria vana levet.

14

Docebo iniquos vias tuas; & impii ad te convertentur. (ster

Prævius errantes Populos per iniqua, Magi-
Fac doceam; Regi da simul esse Ducem.

15

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ; & exultabit lingua mea justitiam tuam. (sordida limo;

Mæsta silent Tibi plectra, Patrum quoque
Terge age, quas deflent, traduce labe, notas.

16

Domine labia mea aperies; & os meum annunciabit laudem tuam. (Vati;

Quæ repetam Psaltes, Deus ingere carmina
Muta, vel hæc aliis sint labra suta modis.

17

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique holocaustis non delectaberis.

Securæ pecudes gratum tondete salictum;
Sacra cruentatum non petit Ara gregem:

18

Sacrificium Deo spiritus contribulatus; cor contritum, & humiliatum Deus non despicies. (amaris

Attritam hanc Animā lacrymis qui miscet
Farre alio gratus Mysta litabit Amor.

Beni-

19

Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion; ut ædificentur muri Hyerusalem.

Instaurata sile Thebes nova mœnia Clio;
Verius accinito : diruta surge Sion.

20

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, & holocausta; tunc imponent super altare tuum vitulos.

Diruta Surge Sion; erit Hostia viva Sacerdos;
Iratum Numen leniet ille Cruor.

Psalmus 64.

1

Te decet hymnus Deus in Sion ; & tibi reddetur votum in Jerusalem.

Concentus geminet Solime, dare celsa Sionis
Culmina demisso vertice Vota decet.

2

Exaudi orationem meam ; ad te omnis caro veniet. (Aris:

Hoc lacrymis, hoc thure petam, fumantibus
Discindat nullum dogmata sacra Genus.

3

Verba iniquorum prævaluerunt super nos ; & impietatibus nostris tu propitiaberis.

Insurgit male ducta Cohors pejoribus ausis;
Heu! nostrũ pariter junxerat arma Scelus.

4

Beatus quem elegisti, & assumpsisti; inhabitabit in atriis tuis.

O' fortunatum, referant cui Sidera postes!
Quam vellem huic addi tempus in omne (comes!

Reple-

5

Replebimur in bonis Domus tuæ; sanctum est Templum tuum, mirabile in æquitate.

Non alio saturata fames ibi tangitur æstu;
Daps justa ad meritū, quin cumulata ve-
(nit.

6

Exaudi nos Deus salutaris noster; spes omnium finium terræ, & in mari longè.
(Justus;
Ad Cælum haud longo contendit tramite
Extremo licet à littore, carpat iter.

7

Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia; qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum ejus.

Redde vagum patriæ, captivum redde Sioni;
Cuncta veles; Tibi stat Mons, Tibi & Unda
(fremit.

8

Turbabuntur gentes, & timebunt qui habitant terminos à signis tuis: exitus matutini, & vespere delectabis.

O' terror, si fulgur hiat! si triste Cometes
Nunciat; ò plausus si venit Alba Dies!

9

Visitasti terram, & inebriasti eam; multiplicasti locupletare eam.
(ses;
Sol melior, quin Sole prior das surgere mes-
Purpureo saturas Tu quoque rore botros.



Flu-

10. 11. 12.

Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum; quoniam ita est præparatio ejus.
Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus; in stillicidiis ejus lætabitur germinans.
Benedices coronæ anni benignitatis tuæ; & campi tui replebuntur ubertate.

Fœcundant vitem ſuperantia flumina ripas:
Eſt minor ad tantos multa diota lacus.

13

Pingueſcent ſpecioſa deſerti; & exultatione colles accingentur.

Infælix lolium, dumetaque neſcit Arator;
Lenta ſuos agitat pinguis Ariſta choros.

14

Induti ſunt arietes ovium, & valles abundabunt frumento; clamabunt etenim hymnum dicent.

Implet mulctra dies; affulget Cynthia meſſi;
Ingeminant hymnos Area, Paſtor, Oves.

Pſalmus 62.

1

Deus Deus meus; ad te de luce vigilo.

Evigilat Textor radiis, & bobus Arator;
Me, jubar ut primum ſurgit, Amate, rapis.

2

Sitivit in te anima mea; quam multipliciter Tibi caro mea!

Ætnæus nō æquat apex, quæ incēdia pectus
In Cœlum eructat; ſiccæ nec arua ſitim.

In

3

In Terra deserta, & invia, & inaquosa; sic in sancto apparvi Tibi, ut viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.

(vepres;
Imus hic aret ager; sterilis tenet æquora
O' ubi perpetuo Fonte rigatur Humus!

4. 5.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas; labia mea laudabunt Te.
Sic benedicam Te in Vita mea; & in nomine tuo levabo manus meas.

Hæc vivet Tibi Vita, Deus, cui vivere donas;
Ista canet laudes indita lingua tuas.

6

Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea; & labiis exultationis laudabit os meum.

(dit;
Læta susurrat Apis, dum mellea dona reclu-
Laus eat; en Superus corda saginat Adeps.

7

Si memor fui Tui super stratum meum in matutinis meditabor in Te; quia fuisti Adjutor meus.

Matutina Tui memores Lux noscet Amores;
Audiet ad carmen quale vocetur Avis.

8

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea post Te: me suscepit Dextera tua.

Pēna Aquilina velut regis, & deducis euntē:
Elusò volucris substitit ungue rapax.

Ipsi

9

Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora Terræ: tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Infælix Astus, quæ concoquis atra, dolebis;
Quā merito à stygia Vulpe vorande rues!

10

Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes, qui jurant in eo; quia obstructum est os loquentiū iniqua.

(quentem
Rex imus Te, Summe, sequar: me, Turba, se-
Subsequere; & vulgi probra repressa vide.

Psalmus 66.

1. 2.

Deus misereatur nostri, & benedicat nobis; illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Ut cognoscamus in Terra viam tuam; in omnibus Gentibus Salutare tuum.

(tenendum;
Quale juvet, non monstrat iter Sol iste
Tu potes Æternum recta docere Jubar.

3. 4.

Confiteantur tibi populi Deus; confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur, & exultent gentes; quoniam judicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

(bello:
Quos premit, injusto non opprimet Aula li-
Omnia dum pendes, nullus iniqua gemet.

Con-

5. 6.

Confiteantur Tibi Populi, Deus, confiteantur Tibi Populi omnes; Terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus; & metuant eum omnes fines terræ.

Munifico debes tua gramina grata, Colone;
Sed metue: irato Numine, squalet ager.

CANTICUM EZECHIÆ.

1

Ego dixi in dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi. (Regem,
Regna valete: vocat monumentum funebre
Lustra mihi Fatum dividit: Aula vale.

2

Quæsivi residuum annorum meorum: dixi non videbo Dominum Deum in Terra Viventium.

Clepsydra Vitales dejecit labilis horas
Posthumus, ah! veniet, quem vocat Ara, (Puer.

3

Non aspiciam hominem ultra, & habitationem quietis.

Nō plaudā tecum Assyrio, Plebs, eruta ferro:
Forte meus saliet, Te redeunte, Cinis.

4

Generatio mea ablata est, & convoluta est à me, quasi tabernaculum Pastorum.

Dura mihi ætatem deturbant Fata Virilem,
Pastor ita evoluit, si riget Æthra, lares.

Præ-

5

Præcisa est velut à texente Vita mea, dum adbuc ordirer, succidit me: de mane usque ad vesperam finies me.

Abrupit Lachesis, quæ Regia lustra trahebã,
Stamina sic Textrix, hoste ruente, secat.

6

Sperabam usque ad mane: quasi leo, sic contrivit omnia ossa mea.

SpesMatutinas, Spes vana spopõderat horas;
Ut lea dira pecus, febris, & ossa, terit.

7

De mane usque ad vesperam finies me: sicut pullus hirundinis, sic clamabo; meditabor, ut columba.

Emorimur, Sol orte, simul; tecũ ipse Colũba,
Ingeminem tecum, tristis Hirundo, sonos.

8

Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum. (umbra;
Sunt hebetes oculorum acies; lux nigrat, ut
Deficit obtutus; quin mihi, & Astra negat.

9

Domine vim patior, responde pro me: quid dicam, aut quod respondebit mibi, cum ipse feceris? (tronus
En Morbus, velut Actor agit; Deus esto Pa-
Mentior: opponit Vox magis Alta dicam.

10

Recogitabo Tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. (causam;
Me vocat Aula reum: Dolor intime suscipe
Quã validus lacrymæ voce Patronus eris!

Do-

11

Domine si sic vivitur, & in talibus Vita spiritus mei, & corripies me, & vivificabis me. (guttur,

Juste Deus, mala quæ vomuit mihi flamina,
Pectoris esse jubes Ultima: Juste Deus.

11

Ecce in pace amaritudo mea amarissima.

Pocula grata dabat Soliū, viridisque Juvētus;
Heu quātus dulces turbat Amaror aquas!

12

Tu autem eruisti animam meam, ut non periret; (bra;

Lætor io: Mortis properata revolvitur Um-
O bona nunc, alios quæ notat Umbra, dies.

12

Projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Nimirū, Tu Christe Deus; male facta luebas;
Tu, pro Justitiæ Juribus, obses eras.

13

Quia non Infernus confitebitur Tibi, neque Mors laudabit Te: non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam. (undas?

Num Tibi concinerem Stygias demersus in
Spem, simul & laudes obruit ille lacus.

14

Vivens vivens ipse confitebitur Tibi, sicut & ego hodie: Pater filiis notam faciet veritatem tuam. (canorum:

Hic Chorus, hic plausum repetet mea Vita
Quam Deus est Verax, à Patre disce, Puer.

Do-

15

Domine salvum me fac;& psalmos nostros cantabimus cunctis diebus Vitæ nostræ in domo Domini. (horas;
Quot decumbenti dabis annos, quotquot &
Sunt totidē meritis plectra agitanda tuis.

Psalmus 148.

1.2.

Laudate Dominum de Cœlis; laudate eum in excelsis.
Laudate eum omnes Angeli ejus; laudate eum omnes virtutes ejus.
Aligeri sublime melos sacrate Tonanti:
Quam minor est Alto Numine vestra (Chelys!

3

Laudate eum Sol, & Luna; laudate eum omnes Stellæ, & Lumen. (dum est:
Pectine inocciduo Sidus, Sol, Luna, canen-
Non decet occasu tale tacere melos.

4

Laudate eum cœli cœlorum; & aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini. (Unda
Suspicimus Cœlum, tum quæ supereminet,
Altius at Numen Carmen utrûque decet.

5. 6.

Quia ipse dixit, & facta sunt; ipse mandavit, & creata sunt.
Statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi; præceptum posuit, & non præteribit. (Mundus:
Grandis hic est positus stabili fundamine
Non fabra ad molem Dextera, Nutus erat.

Lau-

7

Laudate Dominum de terra; dracones, & omnes abyssi. (nos

Ad cædem ne, sæve Draco, sed lenis in hym-
Totus hies: lyricas det quoque Abyssus

8 (aquas.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum; quæ faciunt verbum ejus. (mis;

Ponite bella Nives, & fœdera jungite flam-
Alternent carmē laudibus Æstus, Hyems.

9

Montes, & omnes colles; ligna fructifera, & omnes cedri. (& Arbos;

Montibus ad plausum comes addere, Collis,
Grādibus ad choreas, ima Myrica, Cedris.

10

Bestiæ, & universa pecora; serpentes, & volucres pennatæ. (lis Ordo

Omne Pecus, Volucrum Gens garrula, repti-
Impare cum Sonitu vestra sit æqua fides.

11

Reges terræ, & omnes populi; principes, & omnes judices terræ. (Curulis

Num fasces, num Sceptra morer? ne Sella
Tarda veni? Populus non nisi pone subit.

12

Juvenes, & virgines, senes cum junioribus, laudent nomine Domini; quia exaltatum est nomen ejus solius.

Cōcordes Pueri, Juvenes, Innupta, Senectus,
Vestra sit ad laudes Psaltria tota Domus.

13.

Confessio ejus super cœlum, & terram; & exaltavit cornu populi sui.

Integra quin Tellus, & narrent sidera, Numē
Quale decus Populo, robora quanta dedit.

14

Hymnus omnibus sanctis ejus; filiis Israel, populo appropinquanti sibi.

Edocet Insontem præconia Numen Amicū;
Quæ prope diffudit Lingua profana, cave.

Psalmus 149.

1. 2.

Cantate Domino canticum novum; laus ejus in Ecclesia Sanctorum.

Lætetur Israel in eo, qui fecit eum; & filii Sion exultent in Rege suo. (tres;

Multa olim cecinere Deo sacra carmina Pa-
Te nova ne pigeat condere, læta Sion.

3

Laudent nomen ejus in choro; in tympano, & psalterio psallant ei. (nanti

Lene ciete Choros nunc tympana: dena To-
Fila sonēt: Uni huic millia pauca forent.

4

Quia beneplacitum est Domino in populo suo; & exaltabit mansuetos in salutem. (Mater

Ut Plebem hanc Numen, non sic sua Pignora
Confovet: a Miti mitia disce sequi.

5

Exultabunt Sancti in gloria; lætabuntur in cubilibus suis. (ratur

Quis memoret quam firma Quies sudore pa-
Læta minus Portum naufraga cymba (subit.

Exal.

6.7.

Exaltationes Dei in gutture eorum; & gladii ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus; increpationes in populis. (Item.

Qui canet ore melos, armetur Cætus in Hostes:
Audaces ferient Carmina,& Hasta Duces.

8.9.

Ad alligandos Reges eorum in compedibus; & nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis judicium conscriptum; gloria hæc est omnibus Sanctis ejus. (Compes:

Atra manent Reges,Manicæ,nova Vincula,
Judicio Sontes Vindice, dura ferent.

Psalmus 150.

1.2.

Laudate Dominum in Sanctis ejus; laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus; laudate eum secundum multitudinem magnitudinem ejus.

Ad stabilita vocat nos Cantica Firmamentũ.
Ad Magna Ingenti Grandior orbe DEUS.

3.4.

Laudate eum in sono tubæ; laudate eum in psalterio, & cithara.

Laudate eum in tympano, & choro; laudate eum in chordis, & organo. (Plectrum

Segne quod indormit reboantia Tympana
Excutiant; absens evocet Alta Tuba.

5
Laudate eum in cymbalis benesonantibus; laudate eum in cymbalis jubilationis; omnis spiritus laudet Dominum.
(Guttur,
Quæque canora Fides, animatum & flamine,
Si sapis, ad numeros concine rite Deum.

CANTICUM ZACHARIÆ.

1
Benedictus Dominus Deus Israel; quia visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ.
Prima Senex mutus cantabo silentia VERBI?
Quæ redimunt plebem dona, Puelle, taces.

2
Et erexit cornu salutis nobis; in domo David pueri sui.
Jessæus dejecta Puer jam Regna reponit;
Robore quis toto tolleret illa Gigas?

3
Sicut loquutus est per os Sanctorum; qui à seculo sunt Prophetarum ejus.
Concinuisse olim sic traduce voce Prophetas
Audieras, Juda, posthume plaude memor.

4
Salutem ex inimicis nostris; & de manu omnium, qui oderunt nos.
En promissa dies venit latura salutem:
Erige Te: Noctes, & simul Arma cadunt.



Ad

5. 6. 7. 8.

Ad faciendam misericordiam cum Patribus nostris; & memorari testamenti sui Sancti.
Jusjurandum, quod juravit ad Abraham Patrem nostrum; daturum se nobis.
Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati serviamus illi.
In sanctitate, & justitia coram ipso omnibus diebus nostris.

Nachorides Genitor tam læta oracula discit;
Eja, Timor fugiat; stent data Jura, Nepos.

9

Et tu Puer Propheta Altissimi vocaberis; præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus.

Subsilias in ventre, Puer; miranda Prophete
Facta canes: Solem, Phosphore, luce præi.

10

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus; in remissionem peccatorum eorum.

En Cæcis lux sana nitet: quā limpidus atras
Eluerit sordes, Dite fremente, latex!

11

Per viscera misericordiæ Dei nostri; in quibus visitavit nos Oriens ex alto.

Suspiratus Avis en Sol; non surgit Eous;
Sed magis elato mittitur ille Sinu.

12

Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent; ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Claustra aperit tenebrosa Jubar; gaudete Parentes:
Qua tandem ad Superos ibimus, ecce viā.

Psalmus 129.

1. 2.

De profundis clamavi ad te Domine; Domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tuæ intendentes; in vocem deprecationis meæ. (cavernis!
Heu lacus! heu Stygiis contermina claustra
Da faciles aures: Vita cremata gemit.

3

Si iniquitates observaveris Domine; Domine quis sustinebit? (ignes,
Si furor accendat scelerum non immemor
Ad mala par fuerit quis toleranda vigor?

4

Quia apud te propitiatio est; & propter legem tuam sustinui te Domine. (esto:
Mollis eras precibus Judex: nunc mollior
Flammarũ ad finem Tu Tibi jura dabas.

5

Sustinuit Anima mea in verbo ejus: speravit anima mea in Domino. (firmet.
State animis cruciata Cohors: Spes vivida
Non hujus vivax aret ab igne viror.

6

A custodia matutina usque ad noctem; speret Israel in Domino. (moretur.
State animis, quos pœna gravat: Spes longa
Concutiat stabiles integra nulla dies.



Quia

7. 8.

Quia apud Dominum misericordia; &
copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet Israel ex omnibus
iniquitatibus ejus. (imbres,
Sanguine qui Jesus maculas deterfit, in
Queis flammæ pereant, jussit abire latus.

ECCLESIÆ NÆNIA.

1

Dies Iræ, dies illa
Solvet seclum in favilla;
Teste David, cum Sybilla.
Nox magis illa, cui caligine fumigat Aer:
Unus erit quando Terra cremata Cinis.

2

Quantus tremor est futurus,
Quando Judex est venturus
Cuncta strictè discussurus? (scunt:
Expectata Homines ad Judicis ora pave-
Ad visa, heu quantum, qui timuere, tre-

3 (ment!

Tuba mirum spargens sonum
Per sepulcra regionum
Coget omnes ante Thronum.
O'ubi, mite Pecus quæ fistula grata coegit?
Horrifica veniunt Ossa coacta Tuba.

4

Mors stupebit, & Natura
Cum resurget Creatura,
Judicanti responsura. (nescit
Mors stupet ad Vitam revocata Cadavera:
In tristi Causa quæ dare verba Timor.

5

Liber scriptus proferetur,
In quo totum continetur;
Unde Mundus judicetur.
O'Lacrymis tristes,ò sãguine crimina Sontes
Delessent! atris heu liber ille notis !

6

Judex ergo cum sedebit,
Quidquid latet, apparebit;
Nil inultum remanebit. (ferarum;
Non juvat Umbra scelus,non abdita tesqua,
Detegit Ultrici luce nefanda Calybs.

7

Quid sum miser tunc dicturus ?
Quem Patronum rogaturus,
Cum vix Justùs sit securus ?
Num stabit, libani Cedro nutante,Viburnũ ?
Si timet Innocuus , quam mage damna
8 (Reus ?

Rex tremendæ Majestatis,
Qui salvandos salvas gratis,
Salva me Fons Pietatis. (pelle:
Qui nunc Rex mitis , nunc debita flagra re-
Horrida prævenit Judicis ora Pudor.

9

Recordare Jesu Pie,
Quod sum causa tuæ viæ;
Ne me perdas illa die. (dolores
An Tibi commemorem , Jesu , qua mente
Sustuleris? cui tunc fluxerit ille Cruor ?

Quæ;

10

Quærens me sedisti lassus;
Redemisti Crucem passus:
Tantus labor non sit cassus. (quærens
Per vepres, per iniqua olim per & horrida
Errantem sequeris: sudor inanis erit?
Ah vetito nuper saturatum gramine Pastor
Ad meliora tuum pascua coge Pecus.

11

Juste Judex ultionis
Donum fac remissionis,
Ante diem rationis. (Mitis:
Tela, precor, suspende, Deus, quin projice
Tunc cadet Ira, videt post ubi inerme (latus.

12

Ingemisco tanquam reus;
Culpa rubet vultus meus:
Supplicanti parce Deus. (monstrat
Non satis hæ lacrymæ tergunt; quin crimina
Fæda Rubor: Supero dilue Fonte luem.

13

Qui Mariam absolvisti,
Et latronem exaudisti,
Mihi quoque spem dedisti.
Si precibus Latro, veniam si Magdala fletu
Rettulit; ah miseros utraque juncta juvet.

14

Preces meæ non sunt dignæ;
Sed Tu bonus fac benigne,
Ne perenni cremer igne. (rores:
His lacrymis placidos, Numen, superingere
Tunc Stygis invalidis ignibus antra furet.

Inter

15

Inter oves locum præsta,
Et ab hædis me sequestra
Statuens in parte Dextra.

Fortunatus erit Dexter Tibi Cætus: ad orcū
Ne Sontem damnet Dura, Sinistra Manus.

16

Confutatis maledictis
Flammis acribus addictis,
Voca me cum benedictis. (hoc

Eheu Turba Viris aggesta cadentibus! unū
Deprecor: infælix ne comes ipse ruam.

17

Oro supplex, & acclinis,
Cor contritum, quasi cinis,
Gere curam mei finis.

Ignis edax cineri parcit:Deus inspice tactū,
Quale Cor ignitus fecerit esse Dolor,

18

Lacrymosa Dies illa,
Qua resurget ex favilla
Judicandus homo reus.

19

Huic ergo parce Deus:
Pie Iesu Domine
Dona eis requiem. (ignem,

Si locus est lacrymis tot in ignibus, ire per
Ad stygios Miserū,ne sine, Christe,rogos.
Ultima Vota juves:ad Te mea lumina sæpe
Vertere si liceat;tunc data firma Quies.

FINIS.

ERRATA.	CORRIGE.
Pag.2.v.6. foris	focis
Pag.14.v.7. trutis	triſtis
Pag.15.v.12. oras	eras
Pag.46.v.8. Cives	Civis
Pag.50.v.11. volut	velut
Pag.66.v.9. cædam	cædem
Pag.68.v.1. luut	luunt
Pag.72.v.7. his	hic
Pag.89.v.7. veles	vales